This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Illuſtriſſimis Generoſiſſimisque Dominis

D. JOANNI CASIMIRO

M. Duc. Lith. Pocillatori, *Breſtenſi, Volpenſi* Gubernatori &c.

D. PAVLO BENEDICTO,

Et

D. STEPHANO FRANCISCO,

Sapiehis,

PALATINIS VILNENSIBUS,

In Czercia, Byehovv, & Johansberg Comitibus, Supremi exercituum Lithuaniæ

DUCIS FILIIS.

Literarium *Tibi* demiſſe offero, dedicoque munuſculum, *Illuſtriſſima Fratrum Trias*, idque in Trium Coronarum Gymnaſio, ubi pars veſtrûm corondem hoc anno literis humanioribus impoſitura, jam ad metam optatiſſimam labore ac fructu ſuo, favore atque applauſu noſtro decurrit. Hujus veſtri, noſtrique ſtudii Mnemoſynon, monumentumque aliquod relicturus, libellum

**** 3* hunc

Digitized by Google

hunc Argutæ in Epigrammatibus Epigra
phisque ſcriptionis, quondam hoc in loc
natum excuſumque, atque iterata nunc e
ditione locupletius prodeuntem, illuſtri
ſimis veſtris inſcriptum nominibus, amc
ris, honoris, obſervantiæque gratiâ ſtatu
deferendum.

Impulit me ille ſtudiorum in vobi
perſpectus ardor, quo ad liberales haſc
artes ferri, honeſta contentione, vidi, at
que illa etiam, quæ ad harum literarun
faciliorem comprehenſionem vulgave
ram, cupidè amplecti. Laborioſi ad Præ
fectorum directionem domi, in ſcholis a
Magiſtrorum inſtructionem erecti, ad di
cendum non minus, quàm ſcribendu
parati, calamo & voce oratores. Mag
verò indoles illa humanitatis ac modeſti
plena, in Gymnaſio prompta, foris cor
poſita, nobilitate illa veſtra, à Majorib
accepta, longè digniſſima, quâ inter ali
ſummi generis Comites Principeſque,
juſdem Gymnaſii adoleſcentes, conſpic
eminuiſtis, ad hoc me conſilium inflex
ut abſentes quoque brevi hac in tabe
mea, veſtræ indolis lineamenta, & e
gi

[illegible]am aliquam, quantumvis rudem nobili[illegible] ac juventuti univerſæ, has inter ſeros [illegible]am nepotes ſcholas adituræ, relinque[illegible]tis.

Sed et inſignis illuſtriſſimæ familiæ ac [co]gnationis veſtræ in Societatem no[ſt]ram favor, amorque, ac teſtatiſſima Li[t]huaniæ univerſæ liberalitas, hocquale[cu]nque gratitudinis argumentum depo[ſ]cere viſa eſt. Quod neque terrarum lon[gi]nquitas, neque temporum ſpatia, neque nationum diverſitas, Societatis noſtræ hominibus, omni terræ, tempori, ac nationi, ſua profeſſione, obligatis, debet eripere; ne beneficiorum obliti, beneficiis [ju]re excidant, & anguſtis nimium animis, [q]uo corpore nequeunt, amore gratæque [vo]luntatis obſequio non extendantur. [N]enim & hinc illam quoque intuemur Sapiehanæ domus munificentiam, quâ ex hac Ill.mus Leo Sapieha Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius, ac deinde Palatinus Vilnenſis, & ſupremus exercituum Dux, Collegium Societatis Jeſu Breſtenſe erexit, ac locupletavit, quâque illius filius Caſimirus Leo Sapieha Comes

in Czereia & Bychoro, Mareſchallus, ac deinde M. Duc. Lith. Procancellarius, idem collegium amplexus eſt, dum liberaliſſimam dotem ad nobile templi ædificium contulit, ac munificentiam optimi parentis æmulatus eſt (qui Vilnæ profeſſæ domus noſtræ, ac Templi Caſimiriani Societatis Jeſu ampliſſimus benefactor extitit) Jurisprudentiæ ſtudium ſub ejuſdem Societatis noſtræ adminiſtratione in univerſitate Vilnenſi fundavit. Hæc in nos atque orthodoxam Religionem firmandam illic propagandamque impenſa Majorum Veſtrorum beneficentia, hoc grati, in remotis etiam terris, animi obſequium debuit promereri.

Quanquam non tam officium benevolentiamque gratus præſto, quàm devotis ad ſervitium Muſis exigo, ac ſub illuſtriſſimi nominis veſtri luce, et favore, gratiam aliquam tenui huic literariæ opellæ, ac lucubrationi meæ conſector. Non dabo, ſed accipiam beneficium, ubi lubentibus oculis manibusque exceptum videro, quidquid utilitati communi omnium, atque obſequio inprimis veſtro, publicæ

luci

luci ac Sapieharum nomini eſt conſecratum. Ornabitis digniſſimæ vobis indole, ac pulcherrimo familiæ veſtræ decore, parvi obſcurique nominis libellum, in quo ſiquid de virtutibus argutè luſum eſt, hoc laudatiſſimis illa factis ſuperavit. Atque utinam pari calamo dignam aliquam Majorum veſtrorum imaginem hic vobis liceret ob oculos proponere, ac noſtras hac luce chartas irradiare, eſſet *illa* nobis ornamentum inſigne ad gloriam, vobis ad virtutem nobile invitamentum. Sed hujus loci non eſt, panegyricum texere, & ubi par deficit oratio, ſumma præſtat *ſilentio*, quàm impari tantùm eloquio venerari. Si per officia dignitatum eatur, nihil inter præcipua munia poſſidet eximium Lithuania, cujus Veſtræ familiæ homines participes non ſint. Palatinos Vilnenſes (quæ prima eſt ſecularis illic dignitas) duos, Leonem, & Joannem Paulum Sapieham parentem numerant, Caſtellanos eodem loci diverſos Novogrodeco quoque, Sapiehana domus quosdam Nicolaos & Thomam in Dubno Holſanenſium Ducem Palatinos dedit, uti

Digitized by Google

etiam Joannem Polotiæ, Paulum Vitebſco, Podlachiæ Joannem gubernatorem Drochicinenſem, alios Nicolaos Breſtæ; alium quoque Nicolaum & Fridericum Mſcislaviæ, & Bogdanum Minſco Palatinos obtulit. Inter Mareſchallos (ut uſitatis hodie titulis utar) Cancellarios, & Procancellarios ejusdem Magni Ducatus plures cenſentur, & per omnia hæc incedere diverſorum officia longum ſit. Non commemorabo ſanguine junctos, ex Principibus Sanguſciis, Radziwiliis, Sokoliniis, Polubiniis, comites in Tenczyn, Tharnoro: non affines Chodkievicios, Kopecios, Weyheros, magna & celebria heroum nomina. Hos tamen, cum meminiſſe, ad virtutem etiam calcar ſubjiciat; tum maximè parentum ac proavorum decet recordari: ut quid ſago togâque geſſerint, quid pro Eccleſia Dei ac republica moliti ſint, hoc mentem cogitatione ſtimulet, animum imitatione ſuccendat.

Si neceſſitas ac juſta terrarum religionisque defenſio ad arma vocet, fortiſſima Majorum veſtrorum exempla vos excitant,

tant, neque ignava gladium mani
docent. Avi veſtri illuſtriſſimi, e
um Ducis Joannis Petri-Sapiehæ
riæ, ac triumphi dormire nequaqu
dentur. Qui celeberrima illa Moſc
clade, qua ſub Troyza cecidere, v
que in ipſam Moſchoviæ Metropo
cere aditum, æternum vivet: quamv
moriens deceſſerit, ubi de hoſte, p
regni ſede depulſo, triumphavit. Su
animos nomini ſuo pares, hoc eſt,
nos Leo Sapieha qui Suecos juxta Sa
victor afflixit. &, ut alios taceam,
ciet pater ipſe veſter Joannes Paulu
pieha, illa fortitudine, quâ Suecos n
ſuſtinuit, Moſchos olim ſub Breſta
uit, & jam iiſdem recenti clade ab ex
tu Lithuano (cujus ipſe ſupremus D
cæſis fugatisque inſtat.

Si religio ac pietas, vos ad Eccleſia
decus & præſidium, non opem ſolu
ſed & opes, atque adeò vos ipſos imp
dere ac conferre poſtulet; ab iiſdem M
joribus calcaria exemplaque ſubiiciem
Dedit & opes, & ſeipſum Eccleſiæ Al
ander Sapieha Epiſcopus Samogitiæ, P

Digitized by Google

poſitus Vilnenſis. Leo Sapieha præter impenſam nobis munificentiam Parthenonis S. Claræ apud D. Michaelem Vilnæ fundator eſſe memoratur, filius verò Caſimirus Leo, paternarum non tam opum, quàm liberalitatis heres, longè in Eccleſiam Dei profuſior, hoc egiſſe videtur, ne quis ordo eſſet ipſius expers beneficentiæ. Unde præter impenſas Societati noſtræ opes, R. Fatres Carthuſianos fundavit Berezæ, Canonicos regulares S. Auguſtini Slonimæ, Fratres S. Joannis Dei Novogrodeci, Minoritas obſervantes (in Polonia Bernardinos dictos) egregie cùm templo, tum Monaſterio excitato in Sapiezyn, quodque in laudibus poſtremum cenſeri non debet pro, Vilnenſi urbe ab infeſta hæreſum peſte expurganda, in comitiis Warſchavienſibus maximo zelo ac contentione eventu non irrito laboraverit.

Si magnarum vos rerum cognitio, ſi ingenuaru artium ſcientiarumque dignitas humanæ divinæq; ſapientiæ præſtantia ſuo ſplendore non capiat, in Majorum illam veſtrorum imaginibus, quæ quanta-

que

quæ fuerit, quos fructus, quamque exiſtimationem apud ſuos exterosque pepererit, licebit intueri. Extant adhuc in vicino nobis Belgio Lovanii inter Vernulæi orationes monumenta eruditionis duorum Sapieharum Friderici, & Alexandri ex Palatinis Wittepſenſibus, doctè perorantium; Sed nobiliora illa ſunt ſcientiarum ſapientiæque argumenta, quæ ex legationibus clariſſimis, ad quas plures e Sapiehis adhibiti fuêre, poſteritati relinquuntur. In quibus duæ longè celeberrimæ ad magnos Moſchorum Duces inſtitutæ, altera ad Joannem Baſilidem, cui Leo Sapieha præfuit: altera ad Michaelem Fiodorowicz, quàm Caſimirus Leo ſupremâ poteſtate direxit; uterque ſummi cum ſapientiæ opinione, & laude prudentiæ adminiſtravit.

Hæc univerſa Majorum decora ante oculos veſtros, Illuſtriſſimi juvenes, poſita, atque in animum non degenerem admiſſa, ſummum Vobis & ſunt, & eſſe debent ad gloriam, quæ ex bonarum artium ſtudiis, ex pietate ac virtute primùm ſubnaſcitur, incitamentum. Quare ut ex honeſtis

nunc

Digitized by Google

nunc literis oblectamentum capitis, atque illa quæ vitiis adverſantur, virtutibus favent, inprimis tractatis ſtudia: Hunc etiam jam antè libellum veſtro ſinu ac favore complexi eſtis, hic eodem nunc porrò frui deſiderat, & quod autor deinde abſens conferre non poterit, hoc ille ſemper præſens ſocius que Veſtrùm amoris honoriſque obſequium deferre geſtit. Accipite benevolis manibus, quod demiſſo obſervantiæ ſtudio delatum eſt, Coloniæ 1660. 5. ante cal, Sept.

Illmarum DD. VV,

Humillimus in Chriſto ſervus

J. M.

Digitized by Google

AMice Lector, paucis
peris rationem accipe.
norum ſtudia Humanio
adoleſcentum inſtructioni con
obſervare cœpi, quæ faciliorem
tem aditum facerent. Hæc, ut
facerem, communis & hominib
ſcendis impenſus amor ſuaſit. P
loquendi Arte, iiſquæ de Poeſi
facultate prolixiùs, nova tamen a
ut opinor, ad perfectionem via,
eris. Equidem hanc argutè dic
Quæ ſententias vim, multum, & or
edictionis ad eloquentiam adferr
avi: præſertim cùm ex illa, no
ris. verum & conceptuum ratio
aſtruetur, ſua cùm varietate, tum
docutione, præſenti id ſatis tracta
De conceptibus id magis intelliges
æ Emblematica, Epica, Lyrica,
ca, Oratoriaque tractatus inſpexe
quavis in arte magis afficit, occu
num animos, quàm, cum velit in
venti, ad inſpectata deducuntur. qu
gœdia Comœdiaque, ſic in quavis
aut conſilio humano, cùm oratio
locum obtinet. Hæc verò ad inexp
ctio aliis, quàm quibus hoc opere vi
inſtitutâ vix poterit. de qua cùm alibi
tim in Comico-tragico erit opportu

Digitized by Google

locus. Exemplorum illam ſubjeci copiam, ut tenuioribus ſubvenirem ingeniis, quibus per exempla facilior via, quam præceptis aperitur. uti nonnullis evenit pictoribus, qui abſque prototypo penicillum imperitè regunt, ad imitandum magis, quàm fingendum nati. Aliorum otio quoque his meis laboribus conſultum ivi, ut congeſtis alieno ſtudio fructibus potirentur. Tum hoc egi, ut faſtidioſis quorundam ingeniis, in iſta varietate, nonnulla ad ſtomachum factura occurrerent. Ceterum, qui compendiorem totam oculis animoque ſubiici voluerit; huic ſatis fuerit, unum illud, quod de Juda exemplum dedimus, per adjuncta ſua ponderare, eo modo, quo cap. 7. part. 1. Bembum inſcitè depictum ſuis attributis expendimus. Cur autores ad Epigrammata non adjunxerim, cauſam alibi accipies. Pręcipui, quibus poſt *Martialem* ſum uſus, ſunt *Auſonius, Bahuſius, Ovvenus, Bidermannus, Antonius Stratius*. Ex quibus hauſi copioſius. Parcius ex aliis, ut *Ioviano Pontano, Iulio Flacco, Ignatio Albano, Georgio Anſelmo, Bocchio, Andrelino, Calcagnino, Caſſanova*: Et recentioribus quibuſdam, *Fruſio, Thoma Moro, Remondo, Frientio, Guiniſio, Emanuele Theſauro*. Quibus & nonnulla autori propria intervenere. Tu hanc operam noſtram Tibi impenſam, erudite Lector, æqui bonique conſule. quam opto, ut ad profectum quiſque ſuum honeſtumq; animi oblectamentum, tum earum rerum uſum atque ornamentum impendat, quæ ad virtutis divinæq; gloriæ amplificationem ſpectant. Fruere, & vale.

AD

Ad Criticos.

Forſitan aſpicies titulum novumne libelli,
Durus & in primo limine cenſor eris.
Scilicet argutæ videbis in Arte Magiſtratu ;
Qui toties hebeti carmina figat acu.
Ergo aliquis dicet, poſt tot modo ſecula, linguas
Erudit ignotis, prævius arte, viis?
Ille, nec ingenio, neque digno cognitus auſu,
Invideat priſcis eripiatque decus?
Non equidem invideo: Priſcis ſua gloria conſtet,
Et maneat ſera poſteritatis honos.
Si tantùm ſtupidos dent poſthuma ſecula fungos;
Progenies fungi. Tu quoque, Momme, feres.
Hos tibi do partus; .. ſunt tamen abſque labore;
Quos tibi propoſitos, abſque labore, vides.
Sit mea culpa labor: nihil hunc detrecto pudorem.
Vultus veniam quantulacunque dabit.
Et licet intereant ſpecioſi nomina libri.
Lis mihi de titulis nulla futura meis.
Et licet argutæ ſtupeant quandoque Camœnæ;
Non tamen idcirco ſtigmate digna gerent.
Sæpe ferit poſitam jaculatrix dextera metam:
Sæpe ſuum tranſit jacta ſagitta ſcopum.
Cœſpitat in media nonnũquam offenſus arena,
Ter licet Eleo pulvere victor equus.
Dent veniam: quandoque bonus dormitat Homerus.
Quæ modò dulcè canit, ſtridula ſæpe lyra eſt.

Le-

Ad Criticos.

Quod bos gramen amat, contemnunt ſæpe bibentes?
Non legit ex omni flore Meliſſa favos.
Dulcia quæ cupidæ placuerunt liba juventæ:
Hæc tetrico videas diſplicuiſſe ſeni.
Sparſimus inde nuces! diviſimus inde placentas:
Hæc ſapiens juveni, ſi minus apta ſeni.
Sunt tamen & rigidi quæ poſſint ferre Catones,
Nî pudet arguto cum Cicerone loqui.
Abſtineat poſitis, quem vexat nauſea, menſis:
Cogitur ad ſtructas nemo venire dapes.
Si tamen hinc aliquid guſtatum forte placebit;
Suſpice, & à cælo ſuſcipe, quidquid erit.

Erta-

Errata typographica quæ per incuriam irrepſere, quibus alia quædam, inverſis pleraque literis accedunt, à prudente Lectore facilè obſervanda

NB. in litera A quædam exemplaria vitioſius impreſſa bene obſervanda erunt.

PAg. 2. v. 24. *amblema* l. embl. p. 13. v. 10. *inſedita, culeum* l. inſedit, aculeum. p. 20. v. 6. *fumus* l. funus. p. 24. v. 3. *faſtidum* l. faſtidium. p. 27. v. 9. *isluam* l. ſilvam. p. 34. v. 8. *obſervandus* l. obſervandum. p. 35. v. ult. *obtinent* l. obtinet p. 36. v. 10. *Hunç* l. Hunc. p. 37. v. penult. *ſequimus.* l. ſequimur. p. 38. v. 16. *uno* l. uno. p. 41. v. 6 quære? l. Quare? p. 42. v. 3. *viuure.* l. vivere. p. 44. v. 6. *Iazarus* l. Lazarus. p. 46. v. 2. *damus* l. domus. ib. v. 8. *diſpliceiſſe* l. diſplicuiſſe. p. 49 v. 17 *dominus* l. dominis. p. 51. v. 25. Judas *pone intitulo.* ib. v. 26. *citatis* l. citaris. p. 57. v. 15. *liceat.* l. libeat. p. 69. v. 2. *ponatur. n. ſ. poſt ſequens diſtichon.* p. 73. v. 9. *Soſibanus* l. Soſibianus. p. 74. v. 23. *necate* l. necare. p. 75. v. 15. *ſimilis es* l. es ſimilis. ib. v. 21. *Indiguis J.* l. Indiguit, Judas. ib. v. 24. *religioſus* l. relligioſus. p. 78. v. 17. *Fallor? hic.* l. Fallor? an hic. p. 79. v. 2. *aune* l. anne. p. 87. v. 22. *In menſam* l. In menſem. ib. v. ult. *cæcam* l. cænam. p. 88. v. *oculi* l. oculi. p. 89. v. 24. *nunc* l. tunc. p. 95. v. 25. *vitâ* l. vita.

p. 103.

Digitized by Google

PARS PRIMA
ARGUTIÆ EPIGRAMMATICÆ.
CAPUT I.

De Epigrammate ejuſque diviſione.

EPigramma, latinis inſcriptio, ἀπὸ τοῦ ἐπιγράφειν nominis originem trahit : Cùm enim templis, ſepulcris, ſtatuis, coloſſis, altaribus, clypeis, navibus, tropæis, urbibus, domibus, olim adhibitæ inſcriptiones hunc titulum mererentur; denique is tantùm ad perbreve, elegans, atque acutum poëma extendi cœpit. Jamque faſtidioſo hoc, atque elimato doctorum hominum ſeculo, nulla penè inſcriptio epigrammatis nomen obtinet, à quo illud non poſtuletur, ut argutiis, aut ſalibus aſperſa ſit. Licet ea Græcis venuſtas ſæpe defuerit, & Martiali, quem veterum latinorum habemus principem, non ubique arguto eſſe, per ingenii materiæve facilitatem licuerit. Quin & ipſis modò ſolutæ orationis inſcriptionibus, ut ſapiant, ingenii aliquid acrimoniæque adhibendum eſt. In quo genere ex antiquioribus pauca quidem ſuppetunt, recens tamen in eo non ineptè verſatus eſt Emanuël Theſaurus. Eſt enim epigramma generatim ſumptum, prout brevis quædam inſcriptio eſt, vel ἄμετρον, ſeu abſque metro, vel ἔμμετρον cum metro. Utrumque autem eſt, vel cum em-

Digitized by Google

blemate,ſeu pictura junctum: vel abſque illa. Vel etiam eſt ſimplex, quod nudè tantum rem,& hiſtoricè exponit,quales non rarò ſunt tituli ſtatuarum, ac ſepulcrorum, vel compoſitum, quod cum argutia aliqua,nervoque concludit. Nos ſimplex,quia ſine arte eſt,relinquemus,de compoſito verò agemus, ſive ſolutum illud ſit,ſive ligatum,ſive graphicũ tantum, ſive etiam emblematicum, quanquam de hoc ultimo præcepta ſeorſim daturi ſimus reliquorum præcipua membrorum exponemus: opere tamen in tres partes diſtributo:quarum primâ illud epigramma,quod ἔμμετρον dicitur, protiſſimùm è ſuis argutiarum fontibus per certas venas,educemus: hoc enim intellecto, cæterorum ars ac natura facilè explicabitur.

ARTICULUS I.

Quid ſit epigramma compoſitum metricum,& quæ ejus materia, ac partes?

EPigramma compoſitum ἔμμετρον, eſt *breve poëma quod ad res alicujus propoſitionem ſcripto facti aliud quiddam aut oppoſitum, aut alienum, aut comparatum,aut alludens conjungit.* Per hoc quod *poëma eſt* differt ab inſcriptionibus,ἄμετροις ſive orationis ſolutæ,quas Epigraphas appellamus: per *propoſitionem ſcripto factam,* diſtinguitur ab amblemate, pictam ſimul expoſitionem poſtulante,per illud, *rei alicujus* proponitur materia, quæ omnium prorſus rerum eſt ſive naturalium, ſive moralium,ſive triſtium, ſive lætarum,ſive reprehenſionem, ſive laudem ſectantium. Unde aliud comicum,aliud tragicum: aliud etiam exornativum,aliud deliberativum,aliud judiciale,à ſub-

jecti

jecta materia dici poterit. Sed has diviſiones expendere parvi momenti res eſt. Illud unicum monendus Lector, inhoneſtas res, tam ab hac, quàm ab alia poſſi arceri; quòd à fine poëtices prorſus ſint alienæ: Scurræ enim eſt, aut ganeonis, non Poëtæ, in eis impuro ore calamoque volutari. Quòd ſi in hoc campo argutari quibuſdam Lenones ejuſmodi videantur: periculum certè eſt, ne majorem illi voluptatem ex rebus quàm verbis ſententiiſque ſcriptoris, captent: *ſuum enim cuique, quod amat, pulchrum eſt*. Porrò quomodò *oppoſitum, alienum, comparatum, alludenſque* conjungatur alicujus rei expoſitioni, infrà variis regulis, exempliſque, patebit. Diximus autem *conjungit*, non, ut alii, ex propoſitis deducit. Nam Epigrammatis concluſio non eſt ſemper, velut in enthymemate, diducta ex ratione, ſive aſſumptione; ſed non rarò aſſumptio epigramma claudit, concluſio incipit. Ut in illo.

*Quis neget Æneæ magni de ſtirpe Neronem?
† Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.

**En concluſio. † Ratio additur. Quia ſuſtulit, &c.*

ARTICULUS II.

De proprietatibus Epigrammatis.

§. 1. *De Epigrammatis brevitate.*

Ad epigramma plerique argutam brevitatem cum Plinio requirunt: & quandoque in uno verbo hanc exhibent, ut ſi quem μωρόσοφον id eſt ſtultè ſapientem vocant. Hexametri unius Epigramma apud Martialem legitur, ut

** Omnia Caſtor emis, ſic fiet ut omnia vendas.*

* Quia videlicet ſolvendo non eris.

Auſus verò etiam idem cum Catullo eſt, trigeſimum verſum excedere, exemplo rariùs imitando, cùm quantum à juſta brevitate deflectit, tantùm à venuſtate ſibi propria degeneret. In Elegiaco certè à diſtichis uſque ad pentaſticha, hærere te plerumque, rariùs uſque ad decaſticha excurrere cupiam. In Epodis tamen, Phaleuciis, Anacreontæis, Scazonticis, Jambicis (quæ etiam carminum genera, in primis tamen Hendecaſyllaba, ac Jambos uſurpare licet:) longiùs aliquantò evagari poteris, ut exemplis obviis intelliges. Ceterum brevitatis illa ratio præcipua eſt: quòd uno velut intuitu oculis ſubjici epigramma debeat, ut ipſius indoles, ac pulchritudo, quæ in argutia potiſſimùm conſiſtit, facilè penetretur.

§. 2. *De Epigrammatis argutia.*

ARgutia, quæ eſt altera epigrammatis proprietas, & veluti anima, & caput reliquorum, quæ adhibentur, aliquid, præter opinionem ad prædicta conjungit, tantumque in epigrammate pondus habet, vt illâ ſolâ abſente, reliqua jaceant, præſente vigeant. Sed & tantam adfert difficultatem, vt paucis in hac invenienda excellere, optimis cetera Poëtis, conceſſum fuerit: quâ etiam raritate plus admirationis, laudiſque apud omnes reperit. Quare ad argutiarum fontes aperiendos novo labore, atque intentato quod ſciam, hactenus incumbemus: vbi nonnulla antè præcepta de habitu, & exercitatione adjecerimus. De partibus enim materiæ, ac quantitatis fruſtra diſputabimus, cùm ſimplex nullas habeat, ſitque tantùm rei expo-

Digitized by Google

expoſitio. Compoſitum verò, de quo hic agitur, præter protaſin & epitaſin, ſive propoſitionem rei, & concluſionem (:quæ tamen ordinem, ut ſuprà monui, legeſque enthymematis non ſervant:) nullas neceſſariò partes admittit.

ARTICVLVS III.

De forma ſive habitu Epigrammatis.

ALibi poeſios habitum univerſim in decenti compoſitione collocavimus, quæ licet in brevi metro neceſſaria tamen imprimis eſt, ut poſtulatam omnibus hoc carmen ſuavitatem obtineat, quid vero ad decentem venuſtatem, quid ad compoſitionem requiratur, brevitatis ſtudio hic tranſeo, & ſtudioſum Lectorem ad generales poeſios noſtræ præceptiones propediem, ſi viſum ſuperis, exhibendas remitto.

§. 1. *De Epigrammatis venuſtate ac varietate.*

DEcentem venuſtatem illud epigramma aſſequetur, quod rebus moribuſque exprimendis maximè propria lineamenta exhibet; quod amœna blandè: ridicula urbanè ac facetè, humilia aut gravia ſtylo metroque ad humilitatem aut gravitatem idoneo exprimit. Cujus, & rerum, quæ ſcribuntur, & ſtyli metrique, quo ſcribitur, diverſitas, non oſcitanter tibi erit expendenda. Nam ubi illa attigeris, quorum voluptas ſenſum aliquem demulcet, ut hortorum fontiumque amœnitas oculos, conviviorum ſuavitas guſtum. Muſicæ dulcedo aures capit: medio charactere ſcribendum eſt, tropis figuriſque ludendum, in hendeca-

ſyllabis, atque Anacreonticis potius,quàm alio carminis genere, idque etiam copioſius,quòd hæc ſenſuum oblectamenta ſine faſtidio animum teneant: non perinde atque in ceteris; nam ubi eæ deſunt illecebræ, Lector moræ impatiens, ad finem Epigrammatis properat, ut ſalibus argutiâque ſeſe oblectet. In gravibus igitur atque atrocibus,& feſtinare magis, & minori verborum luxuriâ verſari decet; majeſtate tamen rebus non prorſus impari, ſi elatæ illæ ſint: aut vehementiâ, atque acrimoniâ, ſi indignæ. nam & in his aliquandò Epodis, frequenter verò Jambis, Scazontibuſque ad ſupremum exurgere characterem licebit,neq; ſubitò filum abrumpere. Deniq; in mediocribus, quæq; exornativi ferè ſunt generis, Epigrammati multò maximè uſitatis, infimo ſcribendi charactere Poëta,infra elegiæ etiam dignitatem,acquieſcit; nec ambitioſè, aut vetuſtate obſcurabit,aut ficta novitate inficiet. Pura erit,vulgaris,ſed & latina: culta, ſed cum neglectu. Cum enim omnis Epigrammatis venuſtas, ac gratia in argutia opportunè explicata verſetur: nihil obſcurum aſperumq;,nihil quòd avertat;etiam ſubtile nimis ornatumq; quod anhelantem teneat,affectionemq; integrè concluſioni impendendam imminuat, objiciendum eſt. Martialem iccirco, nec immeritò,nonnulli arguunt,plus tumoris obſcuritatiſque,quàm pro Epigrammate conveniat,præ ſe ferentem.addo ego Satyricum ſæpe magis,quàm Epigrammaticum videri. Hæc tamen ubi neoterici aliqui,ſtudio neſcio, an ignorantia? nimium declinant: in oppoſitum incidunt;frigidè, aſperè, & nec latinè ſcribunt.Sed quæ ad infimum characterem requirantur,de poeſi in genere videnda ſunt. Figuras hic etiam

Digitized by Google

ſam Elegiæ uſitatas, ut optationem, deprecationem, exclamationem, execrationem, correctionem, repetitionem: opportunè, breviter, & molliter inductas, admittes. Ita quæ decenti compoſitioni elegantia, ac ſuavitas ineſt, ab hoc carmine nō excludetur. Harum figurarum exempla in Elegia tradam, & infrà non pauca occurrent.

§. 2. De numero Epigrammati conveniente.

NVmerum requirit, non heroicè in medium verſum proſilientem, *ut, Inferni raptoris equos.* nec polyſyllabis, ſpondeiſque nimis extenſum, languidumve ſuis in fine triſyllabis: nec crebris eliſionibus retardatum, ſed facili leniq; excurrentem paſſu: niſi mores fortaſſè aſperos, aut ſcelera indignante verſu inſectēris, exprimaſque. Sed de his alibi fuſiùs.

ARTICVLVS IV.

De Exercitatione.

§. 1. Ars copiam argutiarum ſcribenti ſuppeditat.

LIcet Epigrammatici, naturà magis, quàm arte formari credantur; tamen quod hæc ars hucdum nō ſatis tradita, naturâ magis, quàm arte elaborata hactenus Epigrammata prodière. Vnde & Epigrammatici pleriq; hac in re jejuni, & prorſus rari, qui in eadem materia prolixè luderent, per omnia ſeſe rerum genera effuderunt potiùs, ut aliquod argutæ ſcriptionis argumentū occuparent, caſu magis, quàm arte propriâ. Andivi alicujus in hoc ſtudio egregiè verſati, ſcripſiſ-

quæ epigrammatis clari, operam definito tempore poſtulari, ſed negabat ille, ſe omni in re ac tempore Epigrammaticum eſſe: induſtrium ſe hic ſine fructu ſæpe, fructuoſum ſine induſtria fuiſſe, ſtudium hoc abſque ſtudio tractandum affirmabat. Videlicet naturæ, non arti obſequebatur. Ars multò eſt certior, licet quandoque naturæ perfectionem non aſſequatur: multò copioſior: quod expenſæ ad præcepta materiæ argutiarum non ubique poſſint eſſe infecundæ. Ut proinde in una etiam eademque re, artis beneficio, vario argutiarum genere ludere poſſis: ſcriptis præceptionibus, exemplisque, iiſque ad certa capita fonteſque revocatis primimus. His porrò autores alios ſuaſerim adjungendos, eorumque Epigrammata, ubi vim aliquam adferent, ad hos fontes revocanda. Imitatione deinde inſiſtentius, quæ maximè in hac varietate arriſerint exemplis, atque aliquam per ſingulos inventionum fontes, expendent materiam, abeſſe hic labor à profectu, ac magna denique facilitate, & copia non poterit, imò hinc orationis omnis, ſeu ligatæ, ſeu ſolutæ condimentum aliquod, ac plenum voluptatis ornamentum conſecuturi ſunt, non modò ad ſales ac facetias, ſed graviſſimas etiam ſententias inſigni pondere, aut acrimoniâ vibrandas. Quæ res mirificè excitatis audientium animis influit.

§. 2. *De Epigrammatum autoribus, eorumque imitatione.*

QUos autores imitationi præfiges? Inter veteres, Catulum, Martialem, Auſonium habes. Hunc optat Scaliger ob ineptiam, aſperitatemque Epigrammata nunquam dediſſe. Catullum languidum, coactum, impudi-

pudi-

pudicum cenſet, denique peculiarem Epigrammatis virtutē argutiam, hunc non ſemper aſſecutum: Martialem nunquam omiſiſſe aſſerit. Utinam de hoc verè! Illud certum eſt, victos à Martiale reliquos. in quo tamen *maximus* ejus laudator Lipſius, jure decimationem aliquam admittit. Gyraldus vero nimis ſeverè: quædam ſe tantùm ex toto libro lectione digna ſe lecturum aſſerit. Nos ut de eximio Poëta facillimum & judicium, & emolumentum Lectori eſſe queat, dicta pleraque ab eo arguta per apertos nobis fontes digeremus, omni, ut breves facileſque ſimus, luxurie præputata. Catullus, qui Martialem in vitiis, ac ſcurrili præſertim levitate, ubique ſuperat: in duabus tamen virtutibus, puritate, ac ſuavitate ſermonis, quamvis hebetes figat aculeos; non ſuperatur. Inter recentiores, qui quidem ſunt caſti, Bahuſio nihil vidi arguitius; *Bidermanno* nihil terſius, quanquam neque Antonio *Stratio ſuæ* deſint argutiæ: quorum exemplis *non rarò uſus* ſum. Nonnulli quorum nomen prætereo, illam quam ingenio laudem ſunt aſſecuti, laſcivia corruperunt: Qui ſi cum Martiale clament. *Laſciva eſt nobis pagina, vita proba eſt*, neſciunt illud longè eſſe verius: *Qualis vir, talis oratio*. Et illud Philoſophi *Loquere adoleſcens, ut te videam*. Nempè alios, quam qui fidem Deo abjurarunt, hoc tempore vix reperias, quos, minus etiam, quàm Ethnicos olim, pudet eſſe impudentes.

Digitized by Google

CAPVT II.

DE FONTIBVS ARGVTIARVM.

ARTICVLVS I.

De primo argutiarum principio.

GEneraliſſima argutiarum deſcriptio eſt: *præter, aut contra exſpectationem allata, vel concluſio, vel ſententia.* non quævis tamen: ſic enim ubique ferè ſtulti epigrammata conderent, *ſed quæ rationis nitatur adminiculo, ac recepto aliquo loquendi uſu.* Quod fiet, ſi vel cauſſam tibi inexſpectatam alicujus effati, facti aut cujuſque rei Poëta afferet, ut Martialis cum dixiſſet.

Semper eris pauper, ſi pauper es, Æmiliane.
Cauſam addit non exſpectatam.
Dantur opes nullis nunc, niſi divitibus.

Vel ſi rei, facto, dictoque poſito, aliud inopinatum connectit. Vt

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus,
Ex his quid concludat attende.
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

Vtrumq; in eodem Epigrammate expreſſit idem Martialis. Vbi de ipſa Publii catella, ſcitè depicta, ſic ait.

Hanc ne lux rapiat ſuprema totam
En inexſpectata ratio, cui mox factum ſubjungitur.
Pictam Publius exprimit tabellâ.

Pergit & majus opinione ſubjungit:

In qua tam ſimilis ſibi nec ipſa, &c.
Addit. * Iſtam denique pone cum tabella;
Quid tum? *Et iterum inſpiciatum.*
Aut utramque putabis eſſe veram:
Aut utramque putabis eſſe pictam.

Res igitur omnis, de qua in diſcurſu agitur, vel contra exſpectationem eſt: ut ſi de Gigante dicturus videbar, de Pygmæo inferam: aut etiam contrarium hujus faciam, ac Pygmæum Giganti æquem, vel præter exſpectationem eſt, ut in pleriſque ſuprà ex Martiale adductis: nam præter opinionem eſt, donari tantum divitibus auſo præ cæteris malitiam tribuit. Vel denique par omnino exſpectationi eſt, aut infra illam ſubſiſtit. Ita ſi Judicem donis corruptum dicam, aut exultantem in lubrico ebrium lapſum eſſe; nihil exſpectationem aliorum fallam. Et hi ſolùm diſcurſus ab Epigrammate diſſident. Vbi enim minus, aut contra illud, quòd vulgus aſſequi animo, ac præoccupare poterat, ſequitur, nullus admirationi locus eſt: Quo fit, ut quod aliis ingeniis tantum atque argutum: aliis obvium, nec Epigrammate dignum videatur. Vnde diverſiſſima de uno Martiale, atque iiſdem ſæpe verſibus, diverſorum judicia. Sed hanc litem facile dijudicabimus, ubi ſtatis Epigrammata fontibus, naturâque ac indole diſtinxerimus.

ARTICULUS II.

DE QUATUOR *Epigrammatum fontibus.*

QUidquid in diſcurſu exſpectationem fallit, ex quatuor potiſſimum fontibus promanare exiſti-

mem. Aut enim rebus aliquid tribuendum, quod cum illis primâ fronte pugnare videtur: aut contrà ſeparandum alienandumque, quod illis familiare ac propriũ cenſebitur, alio minus proprio ſæpe in locum ſubrogato: aut cum alia re minùs exſpectata, in comparationem erunt adducendæ: aut denique in verbis, vel rebus ipſis eruditè ludendum. Quid præter hæc exſpectationem noſtram magnoperè poſſit fallere, nondum hactenus occurrit. Ex his quatuor fontibus, omnem, quæ de Epigrammatis eſt, ſubtilitatem, argutiáque faciiè hauries. Hos certè poſtquam animo calamoque excepiſſem: poſtquam, ut ſubjiciam, modis ſuis, ſuiſque etiam exemplis, à me diductis illuſtraſſem: nihil deinde in Martiale aliiſque Epigrammatis, ad has regulas expenſis, argutum reperi, quod ad illos fontes non reducerem. Quanquam ita rudìter eos deſignaſſe parum ſit niſi propiùs variâ exemplorum propoſitione ac diſtinctione intueamur, viâ quoque ac methodo præeamus: ingentemque, quæ hinc manat, argutandi copiam exemplis ab eadem materia petitis diducamus: ac tum denique ſecretum hactenus non ſatis animadverſum divulgemus, quò raram quovis penè in genere ſcribendi dicendique elegantiam ex his, veluti novis Cyrrhæ fontibus, ſtudioſus lector depromat.

ARTICVLVS III.

Ciceronis pro hac re doctrina propoſita breviter, & explicata.

§. 1. *De duobus Epigrammatum generibus.*

SI materiam epigrammatum, in qua verſantur, ſpectes, eorum duo potiſſimùm genera reperies: u-

num

num comicum, ſeu ridiculum: tragicum ſeu grave alterum: quorum utrumque ad argutandi ſubtilitatem idoneum eſt. Et hoc quidem plus admirationis: illud plus leporis continet: hoc gravioribus in actionibus, illud in levioribus verſatur: hoc in verborum ac ſententiarum acumine: illud in rebus moribuſque hominum fingendis carpendiſque eſt frequens. Quod præ alio Martiali placuiſſe eſt viſum. Satyricâ tamen paſſim copia, ac mordacitate luxurianti: cùm Epigrammaticus potiùs apis ſit, quæ mox, ut inſedita, culeumque fixit, avolet: Satyricus, vulturis inſtar, prædæ ad lanienam immoretur. Ridiculum hoc facetiarum (ita Cicero appellat) genus, cùm & oratori nonnunquam conveniat, ut vel adverſarium laceſſat, arguteque ipſius mores configat: vel lepóre aliquo dicendi, ut audientium animis torporem avertat, non deſidiosè à Cicerone Lib. 2. de Oratione eſt pertractatum, Græcorum ad hoc ingeniis uſo. Sed neque repertum ex iis quenquam, qui ſatisfecerit: neque ſatisfacturum ſe eſſe præſentiſcit. Quia tamen nihil illo legi hac in re diligentius, operæ pretium fecero. Si rebus illum exemplisque ſuis, meis tamen non raro verbis, ut copia, obſcuritaſque nonnunquam devitetur, adducam...

§. 2. *De facetiis, earumque genere ac varietate ex Cicerone.*

Cæſar apud Cicer. 2. de Oratore, poſtquam duo ſtatuiſſet eſſe facetiarum genera: quorum utrumque quidem cum voluptate, alterum tamen ſine riſu eſſet: quòd res etiam graves Attico lepore elegantiáque ad voluptatem atque admirationem facetè condire

 dire

Digitized by Google

dire liceat. De ridiculo illo tantum loco acturus, nullam ſe aliam de jocis artem præter illam; quæ in Rhetorica ac Dialectica communia differendi præcepta tradit, habere fatetur: quod de iiſdem inventionis locis, & joci, & ſeria eruantur, iiſdem tropis figuriſque exornentur. Monet verò Oratori cavendum, ne ad nimiam ſcurrilitatem ab urbanitate in facetiis deflectat. Porrò facetiarum (nos argutiarum nomine pleraſque cenſemus:) alias in verbo, & ſermonis genere, alias in re, ſeu animi ſententia collocat. Illarum quæ in ſermone ſunt 9. modos, ac veluti ſpecies ſtatuit.

Prima eſt amphibolia, quæ vel in verbis eſt conjunctis: ut cum Terentius apud ſocios, Titium abſentem excuſaret, quod eum *brachium fregiſſe* diceret, qui ſuſpectus erat, de ſacris ſignis noctu confractis. Vnde quod de brachio ejus proprio dici videbatur, ad ſtatuæ brachium ſpectabat. Vel in uno etiam verbo reperitur: ut cum de ſervo Granius, *eum non eſſe ſextantis*. Quod vel ſignificabit, eum non ſextante nummo æſtimandum: vel non eſſe ſextantis, id eſt ſervis æqualibus, comparandum. Sed prioris generis plura ſunt. Ita paulò ſuprà dictum illud de Africano. *Caput magnum eſt*. Quod quanquam de autoritate ipſius; tamen de capitis deformitate accipi poterat. Sicut illud Neronis, de furaci ſervo. *Nihil illi domi eſſe obſignatum*. Ad fidelitatem primâ fronte ſpectare videatur: cùm illum omnia clauſtra perfringere oſtenderet. Tale illud Sextii ad Appium. *Manus lava, & cœnabis mecum*, id eſt, furtis abſtine, ne manus tibi ſint piceatæ. Et quidem ambiguè dicta argutiſſima, Cicero ex reliquis cenſet, ac venuſtiſſima ſi ab adver-

ſario

ſario reſponſuro, adverſarii verbum acceptum retorqueatur. Ejus cum plura ſint genera, frigidiora vitanda dicit.

2. Eſt Paronomaſia, cùm literâ aliquâ permutatâ, eadem verba repetuntur, *ut non nobilior, ſed mobilior ceteris. Non adverſus hoſtem, ſed averſus proceſſit.*

3. Etymologia nominis, ita cùm Pyrrhus Achillis, filius, ad Troiam Neoptolemus dictus ſit, eò quod juvenis hoc bellum ingreſſus eſſet, Cicero Mummium ſuffragia populi pecuniarum diviſione commpentem, atque iccircò *diviſorem* dictum, *ut Neoptolemum ad Troiam, ſic illum in campo Martio, nomen inveniſſe* aſſerit.

4. *Eſt Parodia*, ſeu alicujus Poetæ adhibiti verſus, velut ſunt, vel paululum immutati: ut illud Socii in Æmilium Scaurum, ſuperbum hominem, ſed obſcuris & vix cognitis parentibus natum. *Si, tacete quid hic clamoris eſt: quibus nec Pater, nec Mater ſit, tantâ confidentiâ eſtis, auferte iſtam enim ſuperbiam.* Hoc etiam proverbia ſpectant, ut illud Scipionis, *ad Aſellum* (hominem ſic dictum) qui equitum ordine deturbandus, omnes ſe provincias ſtipendia merentem peragraſſe dicebat. *Agas*, inquit, *aſellum, ſiquidem equum digè non poteris.*

5 *Everſio ſenſus ac verborum*, cùm vel ad verba tantùm, non ad mentem attenditur, ut cùm Craſſum rogaſſet Socius. num, ſi benè manè veniret, moleſtus ei futurus eſſet? reſpondiſſetque *moleſtus non eris*. tum alter: *igitur ſuſcitabo? tu verò*, inquit, Craſſus, *negaras te moleſtum futurum.* Vel cùm eadem verba retorquentur, ut cùm Lucius Porcius, quærenti Catoni, ex animi tui ſententia *uxorem* habes? repoſuit: *ex animi*

tui

tui ſententia, videlicet vel tibi nimis familiarem, vel tuis magis, quàm meis idoneam moribus.

6. *Allegoria.* Sic M. Servilius, cum M. Pinnario. Dic mihi, num ſi contra te dixero, malè mihi dicturus ſis? reſpondit. *ut ſementem feceris, ita mètes*; id eſt, prout benè aut malè dixeris, experieris reſponſum.

7. *Metaphora*, ſive translatio, ut cum Scipio Corinthiis ſtatuam pollicentibus, diceret. *Turmales ſibi ſtatuas diſplicere*, id eſt gregarias ſe laudes non curare, ſed à prudentioribus eas exſpectare:

8. *Ironia*, ita Craſſus L. Helvium Lamiam fœdum hominem, atque indiſertum pulchellum compellavit, qui cùm repoſuiſſet: non potui mihi formam fingere ingenium potui: Craſſus perrexit; audiamus, inquit diſertum.

9. *Oppoſitio*; quæ tam in ſevero, quàm faceto dicendi genere, mirificè orationem ornat, ſic cum Libo Galbam conviviis indulgentem rogaret. *Quando tandem de triclinio ſuo exiturus eſſet? cùm, tu*, inquit ille, *de cubiculo alieno*, quo ejus fœditatem aptè perſtrinxit.

Modi qui facetiis ſententiarum ſerviunt, 23: notantur à Cæſare, pluresque haberi potuiſſent. At hi ad pauciores, & generaliores, contrahendi erant.

1. *Modus eſt, faceta narrationis per hypotypoſin, ſeu deſcriptionẽ rei lepidam*, quamvis fictam ſæpe, & poëticam. Sic Craſſus contra crudelem hominem Memmium: quinque has litteras. L. L. L. M. M. Tarracinæ ſcriptas ita ſibi oppidanum ſenem explicuiſſe refert, *Lacerat, lacertum Largii mordax Memmius.* Ita geſtus voceſque alterius, tum res alias dicendo exprimimus. Quin & apologis, aut etiam hiſtoria utimur, ut cùm Sext: Titius

[..]nus *Caſſandram ſe eſſe* diceret, *multos*, inquit Antonius [..]*ſum tuos Ajaces Oileos nominare*, parum integræ famæ ſcilicet ac contubernii homines.

2. *Modus ex ſimilitudine eſt*, quæ vel per collationem, vel imaginem, aut exemplum fit. Per collationem ut cum Gallius Magium helluonem nudo homini contulit, qui nuces collectas in ventrem condit, cum alium locum non habeat. Per imaginem, ita Cæſar in Helvium Mancium. *Iam oſtendam, cujuſmodi ſis*, cumque is urſiſſet, ut faceret, *oſtendit Gallum in ſcuto Cimbrico, diſtortum, ejectâ linguâ, buccis fluentibus.* Sic & Seſtii Penarii oris diſtortio comparatur frangenti nuces.

3. *Ex hyperbole eſt*, cùm aliquid ſuprà, aut infra veritatem ridicule imminuimus, ut Craſſus in Memmium prælongum, ac ſuperbum hominem, ita hunc dixit ſibi magnum videri, ut in forum deſcendens, caput ad Fabii fornicem demitteret. Ita & apud Numantiam Scipio offenſus C. [illegible] & *quid poſt eum mater pareret, aſinum pariturum.*

4. *Emphaſi fit*, cum plus ſignificatur, quam dicitur. Quale illud Fabricii in P. Cornelium fortem, ſed & furacem hominem, poſtquam eum conſulem deſignaſſet, iſque referret gratias. *Non eſt*, ajebat, *quod gratias mihi referas, ſi malui compilari*, (abs te ſcilicet,) *quam venire*: nimirum à Pyrrho hoſte, qui, niſi à te ſuperetur, me meaque ſub corona vendet.

5. Modus, *Ironiâ fit*, ſed de hac dictum in verbis.

6. Huic finitimus eſt, cùm *honeſto verbo res vitioſa compellatur.* Sic cùm Africano quidam Centurio tribu movendus, quod à pugna abfuiſſet, ſe ſe purgaret. quòd cuſtodiæ causâ manſiſſet in caſtris, *non amo*, re-

tulit

Digitized by Google

tulit ille, *nimiùm diligentes*. Sed & hic ad Ironiam ſpectat.

7. Modus eſt *inverſio alienæ ſententiæ*. Ita cùm Maximus occupaſſet Tarentum, cùmque Salinator rogaret: nunquid meminiſſet, *ſuâ operâ Tarentum receptũ*. quid ni, inquit, *nunquàm ego recepiſſẽ, niſi tu perdidiſſes?*

8. Modus eſt eorum, *quæ abſurdam quandam repugnantiam habere videntur*. Tale illud Poetæ. *Homo fatuus poſtquam rem habere cœpit* (dives eſt factus) *mortuus eſt*. Et *quæ eſt iſta tibi mulier? viro ſimilis medius fidius*, fortaſſè barbata.

9. Cum quid à prudentibus *per diſſimulationem intellectâ rei* ſub abſurdè ſalſeque dicitur. Sic rogatus Ventidius *qualem exiſtimaret, qui in præſenti flagitio deprehenderetur?* reſpondit, *tardum*. Et Cæſar poſtquam excuſationem oculorum attuliſſet, atque iccirco à Metello rogatus. Tu igitur, *nihil vides?* *Ego vero*, ait, *iſtam à terra Eſquilina villam tuam* (ſuperbè ſumptuoſéque eductam, *conſpicio*. Quo & illud Naſicæ ſpectat; cui, Ennium quærenti, cùm ab oſtio ancilla reſpondiſſet: *domi non eſſe*. Idquè Naſica Domini intus latentis juſſu factum ſenſiſſet: Ennio haud multò poſt ad ſe venienti, ipſe Naſicæ domi ſe eſſe negat. Tum Ennius: *nunquid vocem tuam agnoſco?* hic Naſica, *homo es impudens, ego cùm te quærerem, ancilla tua credidi te domi non eſſe. Tu mihi non credis ipſi?*

10. *Cùm in eodem ſermonis genere, quo quis alium carpit irridetur*. Sic cùm Q. Opimius conſularis, ex viro Ægilio, tanquàm fœmina falſè quæreret: *quid tu, Ægilia mea, quando ad me venis cum tua colu & lana? Non pol*, inquit, *audeo, nã ad famoſas* (notabat Opimium famæ parum integræ hominem) *vetuit mater accedere*.

11. Mo-

11. Modus, *cùm quid dicitur, ex quo ridiculum locum erui poteſt*. Ut Siculus cuidam, cujus ſe uxor ex ficu ſuſpenderat. Amabo te, ex illa mihi des arbore. Optabat ſcilicet, ut & ſua id uxor faceret. Et Catulus Oratori inepto roganti, *nunquid in epilogo ad miſericordiam flexiſſet?* Valdè inquam, nam *omnibus miſeranda eſt viſa oratio*. Sed hic ad 4. modum revocari poteſt.

12. *Cùm perſona minimè moroſa, moroſè tamen reſpondere videtur*. Ut cùm apud Nævium filius captivum Patrem rogat. *Quid ploras* pater? & ille contra, *Mirum ni cantem, condemnatus ſum*.

13. *Cùm patiens perſona ulterius importunitati occurrit*. Ita Cato ab eo, qui arcam ferebat, *læſus, primum admonebatur, ut caveret*: tum ille, *nunquid aliud fers præter arcam*? Quia, ſcilicet, jam demum me admones ut malum imminens caveam, cùm pertulerim.

14. *Vitii alicujus tacita reprehenſio*. Ut Siculus, cùm Scipio Prætor ei hoſpitem hominem nobilem, *at ſtultum, Patroni loco* deſignaſſet. *Quæſo*, inquit, *hunc adverſario patronum trade: mihi verò deinde nullum dederis*.

15. *Eſt ex interpretatione eorum concinna & acuta, quæ improbabili conjectura ſunt poſita*. Ita Cinnius Æmilio Scauro Rutilium de ambitu accuſanti, illaſq; in ejus tabulis litera A.F.P.R. *Actum Fide Publii Rutilii*, reſpondit, intelligendum aliter, ſcilicet: *Aemilius Fecit, Plectitur Rutilius*.

16. *Modus ex diſcrepantibus* Ut quid huic deeſt, niſi res & virtus? cum octavo, qui fit expugnantibus, coincidit.

17. *Eſt familiaris correctio, at falſa*. Ut cum Granius Patrono malo ſe offerenti, ſuaſiſſet, ut mulſu biberet frigi-

frigidum: iſque reſpondiſſet, ita *vocem perdam. Melius eſt*, inquit Scaurus, *quàm reum.*

18. *Cum ex moribus ſibi propriis aliquid illi conſentaneum dicitur,* ut Memmius dum pro reo diceret, & *Scaurus advocatus de hereditate* Phrygionis Pompeii malè occupata infamis ſederet, ducebatur funus. Tum ille; Scaure, *mortuus rapitur, vide, ſi potes eſſe poſſeſſor.*

19 Reliquis ferè omnibus permiſſus eſt; *cum ſcilicet ſalſè aliquid præter audientis exſpectationem dicitur.* Sic in Lucilium, cujus pecora agros publicos depaſcebantur; luſit Appius. *Erratis*, inquit, *non eſt Lucilii pecus illud, liberum puto eſſe: quia quà lubet, paſcitur:* Ita Craſſus Silum contra Piſonem teſtantem. *Poteſt fieri*, inquis, *ut unde te audiſſe dicis, iratus dixerit:* annuit Silus, *poteſt etiam, ut tu non rectè intellexeris; id quoque toto capite annuit,* ut ſe Craſſo daret. *Poteſt etiam fieri*, inquit *ut omninò quod te audiſſe dicis, nunquam audieris.* Hoc ita præter exſpectationem accidit, ut teſtem omnium riſus obruerit. Hujus generis eſt plenus Nævius; ut *ſapiens, ſi algebis, (quid fiet?) tremes.* Hoc quivis futurum ſciebat; ſed majus aliquid exſpectabatur, & ſtoicum, qui ab omni affectu ſapientem eximunt.

20. Eſt, *cum facetè adverſario concedimus, quod noſtræ exiſtimationi detrahat: oppoſitumque illi tribuimus:* ut C. Lælius, cùm ei quidam abjecto genere natus diceret: *indignum eſſe ſuis majoribus: at herclè*, inquit, *tu tuis dignus.*

21. *Cum ridiculum quid ſententiosè redditur:* Sic ubi M. Cincius, die quo legem tulerat. *Ne patroni cauſarū; præter ſtipem munera acciperent,* à C. Centone contumelioſè rogaretur, *quid fers Cinciole? ut emas,* inquit

Cai

Cui, ſi uti velis, id eſt legem fero, quæ accipere vetat, ſed emendum erit, ſi c

22. Cùm ea etiam quæ fieri nequeun mus. Sic, M. Lepidus, ceteris labo procumbens: Vellem, inquit, hoc eſſet lab hac meâ quiete, idem quod alii labo

23. Cùm lentè ſalſeq; rogantibus re nollent. Sed hic â 21. parum differt.

§. 3. Sententiarum facetias ad pauci revocat, ſed non abſolu

PRæter hos modos ait Cæſar apuc execrationes, admirationes, &c. S facetias, partibus eſſe innumerabiles, cas. Exſpectationibus enim decipien ctiſque aliorum irridendis, aut ridicul ſimilitudine turpioris, & diſſimulation dicendo, & ſtulta reprehendendo riſus bus 7. capitibus titulos ceteros ſeſe co tur. Sic verò Aldus Manutius, vir ſu ruditiſſimus, hoc loco in Ciceronem perpetuò tenendum eſt, Orationem culam, non egere propriâ & ſingular munibus, Grammaticæ, Rhetoricæ, & gibus, ac præceptis tractari: hæ enim mnemorationem pertinent, ſive ſeriar ve facetam & hilarem. Sic ille, & ad n Ciceronis, ita ab exordio, ut vides præt iidem fontes, qui argutiis ſerviunt, fac bentur ic circo, quòd hæ non minùs p ſione eveniant, atq; admirationem e

lùm diſcrimine, quòd argutiæ etiam in rebus gravibus, verſentur: facetiæ tantùm in ridiculis, ut ſunt corporis animiquè vitia, minus deformia, (nam inſignis improbitas, & miſeria rideri non ſolet) quę argutè carpenda ſunt, ut admirationem, & riſum pariant. Nam ſi otioſum appelles frigidum, quis ridebit? at ſi illum otio ſudare aſſeras, ridiculum id meritò videbitur. Quamvis neque hoc prætereundum: facetias in oratione ſoluta uſitatas ex duarum frequentiùs perſonarũ factis, moribus, aut dictis inter ſe compoſitis exurgere, quàm in oratione ligata fieri conſueverit. Ex illa tamen Epigrammatum facetiarumque cognatione, facilè etiam Ciceronis ac Manutii de Epigrammatis ſententiam colliges. Sed verè, nec ne ſenſerint, Lectoris arbitrium eſto, poſtquam horum, quos aperimus fontium ductus venaſque exploraverit. Intereą ignoſcet, ſi nonnunquam Philoſophicè ac minùs latinè ob rei propoſitæ difficultatem faciliùs exponendam loqui cogamur. Neque tamen eſt cur ignarus Philoſophiæ adoleſcens, ad peregrina hæc vocabula territus hæreat: ſine Magiſtro, per ſubjecta exempla ad vocum propoſitarum vim ſignificationemque penetrandam ducetur.

CAPVT III. FONS I.

Repugnantium ſive oppoſitorum, cum ſuis repugnantibus, ſive oppoſitis conjunctio.

RES Epigrammati opportuna erit, ſi cum alia re ſibi oppoſita, atque à ſe in ſpeciem diſſidente, jungatur. Etenim ſi, quòd rei, vel naturâ, vel hominum opinione competit, illud de ea in ſermone aſſeras: nihil præter audientis exſpectationem allaturus es. Quis

enim

enim ſi umbram e. g. obſcuram dixeris, admirabitur? Quod ſi tamen *de umbra* D. Petri aſſeras, *lucem hanc attuliſſe* infidelibus, videlicet fidei: ob miraculorũ gratiam, ipſi etiam umbræ Divi conceſſam, opinione falles. Et ſanè vix pauca oppoſita tanto à ſe veritatis intervallo diſſident, quæ nullo in ſenſu coire queant. Quid magis à re diſtat, quàm ipſa rei negatio? & tamẽ hanc ſociari cũ illa poſſe, non uno in infrà exẽplo tràdemus non quòd in eadẽ illa ſententia copulari neceſſe ſit, contra receptiſſimũ Philoſophorum axioma, *Idẽ non poſſe ſimul eſſe, & non eſſe*: ſed aut ſenſu, aut etiã applicatione diversâ ſpectante. Ad hunc fontem propriùs explorandũ, omnis illa, quæ à Dialecticis traditur, oppoſitorum obſervanda varietas eſt: tum etiam de ſe invicem, ſuiſque ſubjectis, affirmandi, negandiq; notanda diverſitas. Nos tamen ab eo, quo illi rigore uſurpant oppoſita, deflectimus: neque ſolum in rerum qualitate; ſed & ſubſtantia, quantitate, ceteriſque ut vocant, prædicamentis collocamus: ut exemplis infrà differam. *Repugnantia igitur hic nobis ſunt, quæ licet unò eodemque vulgato ſenſu, neque de ſe invicem, neque tertio aliquo affirmari poſſint, alio tamen uſitato, alioque minus uſitato ſenſu, de ſe aliiſve ſimul dicuntur.* Hæc repugnantia in certas claſſes, & hujus quaſi fontis venas, partiemur, exemplis Epigrammatum ſubjectis. Ex Martiale quidem primo, ubi ſuppetent: deinde ex autoribus hujus ferè ævi diverſis: denique exemplis propriis in eadem materia per omnes fontis diductis; verùm decíſis frequenter, & protaſi, tanquam re facili, præteritâ, ac ſubintellectâ. Quæ res, quamvis ornatum ubique, argutiæ etiam vim non raro imminuat, tamen cùm mihi propoſitum ſit, ſolã arguandi

ſub

Digitized by Google

ſubtilitatem expendere, cetera ubique obvia neglexi maluique brevior eſſe, quàm ornatior, ne prolixitate faſtidum parerem. Porrò exemplis abundare nonnunquam volui: tum quòd hæc doctrina, nulla re magis, quàm exemplis inculcetur: tum, ut delectum quendam inſtituere lector poſſet, cùm eadem omnibus hîc rarò placeant.

FONTIS I. VENA I.

R*Epugnantia de eadem re ſimul affirmata aut negata.* Repugnantia ſive oppoſita quævis obvia accipe v.g. *de Euangelico Epulone*, dic *felicem* illum, *& infelicem: cæcum, & videntem: morientem, & viventem: divitem, ac pauperem: ſapientem, & ſtultum. hominem, & non hominem: virum, & feminam: ſervum, &* D*ominum.* Quæ licet tam philoſophicâ, quàm vulgari tritâque ſententiâ inter ſe pugnent; eruet tamen hinc facilè ſenſum Epigrammaticus, quo ea veritati conciliet. V. g. ſi *felicem illum inter mortales, infelicem inter immortales aſſeras: tam animo cæcum, quàm oculis perſpicacem: in vita vitiis mortuum, inter opes inopem: nihil humanum in homine, virile in viro, nihil non beſtiale repertum ac femineum: fuiſs illum, qui hominibus imperabat, ſerviiſſe vitiis.*

§. I. *Exempla Martialis.*

IN hoc Epigrammatum genere cùm Martialis excellat, ejus, quæ occurrunt, exemplis aliorùmque recentium, rem ante ſtabiliam, quàm ad propriam imitationem deſcendam. Invenies hic igitur *de eodem* diſſe-

Digitized by Google

differentem, *quod vitam det, & perdat, ſtet & ſedeat bene oleat: ubique ſit, & nuſquam: vendat, & emat omnia*, &c. quæ oppoſita verborum magis carmini, ut priora nominum orationi magis idonea ſunt, ſic itaq; Martialis. *De ſue, ubi jaculo confoſſa eſſet, pariente. in Amphit. Epig. 12.*

Iſta gravi telo, confoſſaque vulnere mater:
Sus pariter vitam perdidit, atque dedit.

L. 1. Epig. 32. Ad Fidentinum.

Quem recitas meus eſt, ô Fidentine, libellus:
Sed malè dum recitas, incipit eſſe tuus.

L. 1. Epig. 76. Ad Cauſidicum.

Quod ſemper clamas, & agentibus obſtrepis Heli:
Non facis hoc gratis; accipis ut ſileas.

Ridet Cauſidici ineptitudinem, cui litigantes pecuniam offerant, ut ſileat.

L. 2. Epig. 8. in Poſthumum.

Hoc mihi ſuſpectum eſt, quod oles bene Poſthume ſemper,
*Non bene ſemper olet, qui bene ſemper olet.

** Odor enim bonus, ad tegendum fœtorem adhibetur.*

L. 4. Epig. 8. ad Fauſtinum.

Non poſſunt noſtros multæ, Fauſtine, lituræ
Emendare libros, una litura poteſt.

** quâ ſcilicet totus aboleatur.*

L. 5. Epig. 14. de Mancio ſpectatore ludorum malè ſedente.

Hic inter ipſas penè tertius ſellas,
Subſellioque ſemifultus extremo,

Digitized by Google

Et malè receptus, altero genu jactat
Equiti ſedere, Lectioque ſe ſtare.

** deſignatori locorum.*

L. 5. Epig. 43.

Extra fortunam eſt, quidquid donatur amicis,
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

L. 6. Epig. 17. ad Phœbum.

Mutua te centum ſeſtertia, Phœbe, rogavi.
Cunctaris, dubitas: iam rogo, Phœbe, nega.

** Ne diutius me exſpectantem fallas.*

L. 6. Epig. 23. ad Pœtum.

Sex ſeſtertia ſi ſtatim dediſſes,
Deberem tibi, pro ducentis.
At nunc cum dederis diu moratus:
Sex ſeſtertia, Pœte, perdidiſti.

** quia nullam, aut paruam tibi habeo gratiam tamdiu moranti.*

L. 7. Epig. 61. ad Maximum.

Eſquiliis domus eſt, domus eſt tibi colle Dianæ.
Quiſquis ubiq; habitat, Maxime, nuſquã habitat.

L. 7. Epig. 81. ad Caſtorem.

Omnia Caſtor emis, ſic fiet, ut omnia vendas.

L. 7. Epig. 49. ad Magiſtrum ludi.

Diſcipulos dimitte tuos. Vis garrule, quantum
Accipis, ut clames, accipere ut taceas?

L. 12. Epig. 32. In captetorem hæreditatis, qui alteri tamen ſuadebat adoptandum Filium eſſe.

Ars eſt captandi, quod nolis velle videri.
Ne faciat, optas, quod nolis, ut faciat.

L. 12. Epig. 38. ad familiarem.

diffi-

Difficilis, facilis, iucundus, acerbus, es idem
Nec poſſum tecum vivere, nec ſine te.

§. 3. Exempla recentium Poëtarum.

QUanquam hæc ſufficere exemplorum varietas ex veteri laudatiſſimoque Epigrammatum ſcriptore poſſit: tamen ut in re non difficili minus, quàm pulcra omnis copia ſtudioſo lectori ſuppeditetur, agendum ſumpſi. Tum quod recentium autorum Epigrammata amoenam quandam argutè ludendi ſilvam complectantur: tum quòd promptior aliorum imitatio tantâ rerum varietate ad quamvis ſe materiam faciliùs effundat, & hoc veluti ſucco ad fecunditatem quandam irrigetur, ſterilis ceteroquin & obtuſus ad ſubtiliora animus. Nam ſi ullâ in arte, hic præſertim exempla erudiunt, ubi præceptorum ratio minus explicata eſt, & raris natura & ingenium dedit eſſe copioſis. *Verùm* & memini adoleſcentibus me imprimis hoc, quantum eſt operæ, conſecraſſe: qui ut in variis ſcribendi argumentis lepidiùs verſentur, hinc non rarò proviſum erit: neque magnopere aſpirabunt, ad quorundam Poëtarum argutias, qui ad omnem poſſeos venuſtatem, foetentem Cypridis adhalant animam. Quorum cùm nonnullos manibus adoleſcentum malè contrectari intelligam, quicquid ferè purioris in eis elegantiæ reperi, id, velut ex ſordibus gemmas, ſubduxi, ac quantâ potui brevitate oculis ſubjeci legentium; caſtorum Poëtarum libris minimè prætermiſſis.

Deus omniſcius.

Omnia cùm videat, nulli Deus ipſe videtur.

Solius ubique patet, ſolus ubique latet.

Uxoris conditio.

Imperet ipſa nihil, quidvis tamen impetret uxor.
Vtere nec ſervâ conjuge, nec Dominâ.

Fides deficit.

Multiplicata fides, numero decreſcit ab ipſo,
Nunquam plus fidei, perfidiaque fuit.

Rex.

Rex regnat ſolus, cur non regit omnia ſolus?
Qui regit & regitur, rectius ille regit.

D. Alexis.

Ignoti major laus eſt, & gloria Alexis,
Nunquam tam celebris, ni latuiſſet, erat.

Cæcus & claudus.

Claudum humeris cæcus, claudus per devia cæcum
Dirigit, hic oculos commodat, ille pedes.
Quàm benè concordes, amor hos univit utroſque!
Alter & alter homo eſt: ſed tamen unus homo.

Vita brevis, ſapientia hominis brevior.

Cùm ſit præcipiti vicina ſenecta juventa,
Cum ſapere incipimus, deſipere incipimus.

Calumnia negligenda.

Si fortè ſtultus per calumniam læſit.
Curare noli, & vulnus omne curaſti.

Obſcurus Poëta.

Carmina componis, quæ nemo intelligit, hoc eſt
Nolle tacere Babo, ſed neque velle loqui.

Sanitatis hauſtus ſæpe nocet.

Heu miſer! ebibitam toties Regumque Ducumque
Poſt ſanitatem, ſanitatem perdidi.

Solus loquens.

Cùm loquere tecum ſolus, ipſe ſit quamvis

Sapiens

Digitized by Google

Sapiens locutor, collocutor eſt ſtultus.

Ex ſolis obitu excæcatus.

Heu miſer in medio perdo mea lumina ſole:
Quique diem generat, ſurripit ille diem.

Iuridici litium fautores.

Cur patit. Eube, rogas, tot juriſdictis litent.
Ius omnes malunt dicere, quàm facere.

Immolliter comptum & luxurioſum.

Naturâ mas es, ſed fœmina redditus arte;
Communis generis demùm factus homo es.

De Caligula Imperatore.

Militia natus, vitam de milite ſumpſit,
Denique militia, milite cæſus, obiit.
Inde fuit dubium, ſcelus ille, vel ille patrârit
Grandius: hic vitam cùm dat, & ille rapit.

Opinio variorum varia de eodem.

Quiſquis es, inſipiens ſapientibus, Aule, videris:
Et ſtultis ſapiens eſſe: quid ergo tibi?

Amor multiformis.

Libertas, carcer, pax, pugna, dolendo voluptas;
Spes, metus eſt, fel, mel, ſeria, ludus, Amor.

§3. VSVS ET IMITATIO *cum exemplis auctoris.*

REliquum videtur, ut imitatione aliqua reliquorum exempla ſubeam; præcatum vero ceteros, hoc me exercitio non ſine fructu atque emolumento laboris, ſecuturos. Novo tamen exemplo id faciam, materiâ videlicet eadem per omnes Epigrammatum non modò formas, ſed & venas diducta; ut ſimul appareat quantum ars, & facilitatis, & copiæ ſcriptorio ſufficiat. Reperies fateor frigidiora ſubinde, quàm ad delicatum mollemque ſtomachum faciant, verùm ubi in

Digitized by Google

in aliud ſcribendi genus aliquando incideris, pari vena ingenioq; fluens argutia, gratiam inveniet, ut iccirco ſpongia manum abſtinuerim. Accedit quod exemplum de Chriſto nato minùs epigrammatica delectet argutia, tùm communi encomiaſticæ orationis naturâ, quæ ut admirationem concitet, atq; exſpectationẽ fallat, nova, atq; ignota ſectatur, tum argumento, ex perſonæ dignitate minùs ad luſus epigrammaticos accommodo. At cùm laudis unam, alteram vituperii materiam ſectarer; quod in alterutra plerorumq; Epigrammaticorum labor verſetur: nihil mihi ad laudẽ Chriſti prius, nihil ad reprehenſionem Iudæ viſum eſt, tum ſuâ dignitate, tum hiſtoriæ notitiâ; quo ſcilicet facilius vim argutandi animus legentium penetraret. Ceterùm imitaturus totam antè rei tractandæ naturam, affectiones ceteraq; adjuncta explorata habeat, atq; de memoria, aut tabella cognitioni objiciat: tum deinde, ſiquidem in hoc fonte abundare cupiat, oppoſita affectiones exploret: &, an aliquo ſenſu in re propoſita coire queant, experiatur. *Quod ſi eidẽ ſubjecta rei utrumq; oppoſitorum competat, una hunc fõtem vena derivabit: ſi de rebus diverſis repugnantia non tantùm inter ſe, verùm etiam cum alterutro ſaltem ſubjecto oppoſitè enuntiaverit alteram venam aperiet: itã tertiam, ſi oppoſita mutuâ converſione de oppoſitis rebus dixerit: quartam ſi de oppoſito prædicet oppoſitum: quintã ſi idem de ſe ipſo neget, aut cum oppoſitione aliqua affirmet: ſextam denique, cùm idem de oppoſitis inter ſe rebus aſſeret. Ceterùm ubi alterum oppoſitorum alteri ſurrogabitur, aut præferetur: aut ubi cum dubitatione ac ſuſpenſione ſententia inter ſe committentur, ſeptimam & octavam venam conficere poteſt: niſi, cùm ſola loquendi ratione*

Digitized by Google

one differant, ac per venas reliquas diffundantur, indi ſtincta malit. Hæc quamvis difficiliora prima fronte inexpertæ, & rudi præſertim adoleſcentiæ, videri poſſint; tamen frequens exemplorum appoſitio promtiora faciet. Nos viam præibimus. De Chriſto (ſive de Iuda) ſi vel illum expendas verſum,

Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando?

quanta ſubitò rerum ad primum fontem copia affluet! Illa tamen pugnantium titulorum varietas, quę Chriſti perſonam conſideranti ſeſe affundit: ut quod idem *Deus & homo, mortalis & immortalis, æternus & natus in tempore*, &c. epigrammaticę oppoſitionis non ſunt, quia ex fide cognita, adeóque exſpectationem non fallunt. Vnde ad interrogationem, Quis? alia minus uſitata afferes, ut quod *puer* iſte ſit *Gigante fortior. infans, & diſerto eloquentior*; quod *puer ſit debilis, verùm debilitate noſtrâ nos contrà fortes ipſius viribus.* Metaphorica etiam adhibere licebit, ut quod *ſol novus ortus fuerit, verum in media nocte*, aut à Regibus *in occidente quæſitus*: quod *agnus, qui tamen omnes terreat leones: leo etiam, verùm agnum ac ſuetior.* Ad interrogationem, Quid? expeditur quid fecerit paſſusq́; ſit: ubi ingens ſe campus aperit. *Natus, à quo naſcuntur omnia: factus, qui fecit, flet, quia nos multa male riſimus: fecit omnia: nihil tamen facit omnia.* Verum per ſingula decurrere longum mihi & fortaſſe etiam aliis tædioſum fuerit: ſufficiant nonnulla de plurib. exemplis, quę carmine ſubjecta facilè ad ſuũ quisq; principiũ revocabit.

EXEMPLA AVTORIS DE CHRISTO NATO.

Nunc honor omnis onus; ſcoria eſt nunc gloria mũdi,
Laus hominum fumus eſt; dedecus omne decus.
Hac naſcente Deo facta eſt converſio: poſtquam

Digitized by Google

Omnia qui fecit, nil facit iſta Deus.

2. Deo ſe in ſacrificium offert.

Parcite jam bobus, teneras neque ferte bidentes:
Quem dedit, hunc agnum vult Deus ipſe dari.

3. Cur nudus ſit?

Cur jacet inveſtis, qui veſtibus omnia donat?
Has ſibi detraxit, quas dedit ille tibi.

4. An in nocte natus?

Fallimur, in media natum qui nocte, putamus:
Nam tecum nobis naſcitur ipſa dies.

5. Lachrymis ſuis amorem accendit.

Extinguunt liquidæ flammarum incendia limphæ,
Et flumen calidos obruit amne focos.
Attamen his oculis quæ currere flumina cerno,
Accendunt ignes, Chriſte, in amore tuos.

DE JUDA PRODITORE.

1. Judas ſe ſtultè ſuſpendit.

Ipſe ſui Judex, eſtque accuſator Judas.
Ne quid deficeret, tortor & ipſe ſui eſt.
Quid facis infelix? laqueo caput inſeris ultro?
Non Chriſti, ſed vis proditor eſſe tui.

2. Judam Judæi malè tuentur.

Judæis Judas es defenſoribus uſus:
Convenit auxilio tam bona cauſſa ſuo.
Nil meret improbitas; ſed opem talem iſta meretur,
Quæ quodcunque tegit, detegit ipſa ſcelus.

3. Judas varius actor.

Quaslibet in ſcena perſonas egit Judas.
Qui modo Comœdus, moxque Tragœdus erat.
Dum Chriſtum laqueis onerat, gravis actor habetur.
Cum volat in laqueo, tunc levis actor erat.

Digitized by Google

4. Iudas venditor ſtultus.

Proditor hic Chriſti multis dicatur avarus,
Quem pretio Dominum poſthabuiſſe vident,
Omnia tantillo qui permutaverit auro,
Vendideritque Deum; prodigus ille mihi eſt.

5. Iudas ſe ſuſpenſurus Chriſtum innocentem eſſe teſtatur.

Indueras collum laqueo, teſtatus JESUM
Innocuum, ſceleris nullius eſſe reum.
Credimus. Vt vivo rarus tibi fidit, Juda:
Sic jam ſuſpenſo dat tibi quiſque fidem.

6. De eodem.

Dum tibi quiſque fidem ſuſpenſo præſtat, Judæ,
Debebis moriens, magnam habuiſſe fidem.

7. An Iudas nocens?

Si qui nocentem ſuſtulit, non eſt nocens;
Tu jure Juda eſt innocens. * *te videlicet homine nocente ſublato.*

8. Iudas ex fideli perfidus.

Perfidia atque fides in te certavit, Iuda.
Hanc laqueo litem diluis ipſe tuo.

9. Iudas ſine ſenſibus.

Tam citò prolapſum non admiramur Iudam,
Sed deſtitutum ſenſibus.
Cæcus erat, Chriſto dum viſo, diceret; hic eſt.
Amice, poſtquam audiit, & ſurdus fuit.

10. Iudas moriens.

Nec vitâ dignus, nec morte videris, Iuda:
Vivere ſic culpa eſt, ſic quoque culpa mori.

11. Iudæ mores.

Qui proditoris plexuit laqueo ſcelus;
Non impius quidem iſte, nec pius fuit.

** Iudas, ſcilicet, impius non, fuit dum proditorem plecteret; ſed nec pius, cùm ſeipſum.*

Præmatura licet ſit mors tibi, ſerius unâ
Tu tamen appenſus crederis eſſe die.

Chriſtus enim traditus ab illo non eſſet, ſi antè ſuſpendio periiſſet.

COpioſa hæc vena eſt, cujus, ut opibus facilitès frueris, *Obſervandum* 1. *eſt*, alia Repugnantia diſparata eſſe: *quæ ita quidem inter ſe pugnant, ut aliis etiam perinde adverſentur,* ut ſunt homo & Aſinus: nam & homo non minùs cum equo pugnat, quàm cum aſino. Ejuſmodi reperies frequentia, in Mart. ut perdidit vitam & dedit. Clamas, & ſiles, &c. Nam retinere & dare, loqui & ſilere, æquè, vel magis etiam opponuntur. Alia ſtrictiùs inter ſe tantùm, non cùm aliis eadem oppoſitionis ſpecie pugnant, eaque Relata ſunt: *quæ ad alia* (ut inquit Ariſtoteles in Categ. *aliquo modo dicuntur.* Ita pater, filii pater, ſervus Domini ſervus, & majus reſpectu minoris dicitur; ſic ad *Videntium Mart*. Meus Liber, incipit eſſe tuus. *Vel privantia,* quæ formâ rem propriâ ſpoliant, V. g. cæcitas in oculo, in aure ſurditas, in ratione inſania. Vel contraria, ut loco citato Ariſtoteles, *quæ ſub eodem genere poſita, maximè à ſe invicem diſtant, atque ex eadem re ſe mutuò excludunt,* ut ſunt calor & frigus, ſanum & ægrum; quorum exempla paſſim obvia. Vel denique *contradictoria* ſunt, *quæ*, ut ibidem Ariſtoteles, *nullum habent medium,* cujuſmodi ſunt ea, quæ affirmantur aut negantur. Vt homo, non homo: aliquis amor nullus amor. Nihil enim reperiri poteſt, de quo alterutrû dici nequeat.

Obſer-

Obſervandum 2. non tantùm in qualitate rerum ac relatione hanc oppoſitionem vigere, ſed etiam in ſubſtãtiis. Sic opponimus *lutum gemmis, ferrum auro, caulam aulæ.* In quantitate, ſi *magnum parvo* componas. In actione & paſſione, ut Epigr. 2. de Chriſto *quem dedit,* hunc agnum *vult dari.* In tempore, ut de Chriſto epigr 4. In ſitu, ut *ſtare* vel *ſedere.* Denique nec infrequenter, nec ineleganter, ex ſignificatione, propria ſcilicet, & metaphorica oppoſitio naſcitur. *Obſervandum 3:* vel affirmari de re ſubjecta repugnantia, veritate aliqua occultiori poſſe, uti paſſim vides: vel utrumque negari: ut Epig ultimo de Iuda advertes vel alterutrum, quod minimè competere videtur, tribuit: ut ſi de Iuda dicas, *magnam habuiſſe fidem in morte, cùm plures ſuſpenſo crediderint, quàm vivo;* ita enim fidem illi tribuis de cujus perfidia nemo dubitat. Hanc porrò repugnantium varietatem, cùm per ſingulos hujus fontis paragraphos repetere ſupervacuũ fuerit, hoc loco ſtrictim notaſſe ſuffecerit.

FONTIS I. VENA II.

R*Epugnantia de ſubjectis diverſis, oppoſitè affirmata aut negata.* Hoc fiet, ſi vel utrumque repugnans utrique ſubjecto non competat, ſed alterum quaſi alterius vicem mutuá permutatione ſubeat, ſic diceres. *Lazarus in ſua dives inopia: Epulo inter ſuas divitias pauper.* Quod elegantiſſimum eſt, neque in Martiale illius exemplum aliquod reperi. Aut ſi præter oppoſitionem prædicatorum repugnantium, ſaltem alterutrum ſubjecto alieno tribui videatur. Sic dices, *Lazarus ſua in inopia felix: Epulo ſuis miſer in opibus.* Sed hoc minùs, quàm prius elegantiæ obtinebit.

 §. 1. Exem-

§. I. Exempla Martialis.

L. 4. Epig. X. Novis conjugibus, ut placeant ſibi in ſenio, optat.

Diligat ipſa ſenem quondam, ſed & illa marito
Tum quoque, cùm fuerit, non videatur anus.

L. 5. Epig. 66. In Antonium Ciceronis occiſorem.

Quid proſunt ſacræ pretioſa ſilentia linguæ?
Incipient omnes, pro Cicerone loqui.

L. 6. Epig. 44. In Marianum.

Hunc tabulis hæredem, ſtulte, ſupremis.
Scribis, & eſſe tuo, vis, furioſe, loco,
Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?
Hiccine deflebit vero tua fata dolore?
Si cupis, ut ploret, des Mariane nihil.

Ad Priſcum L. 8. epig. 12.

Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito:
Non aliter fuerint femina, virque pares.

§. I. Recentium Poëtarum exempla.

Medicus.

Res miſera Medicus eſt, cui nunquam bene eſt,
Niſi malè ſit, quàm plurimis,

Omnes patimur.

Sis bonus, anne malus, quid refert? Marce: premuntur
Iure mali, quaſi vi: vi, quaſi jure, boni.

Nitimur in vetitum.

Nemo diu, bene quiſque poteſt: at vult bene, nemo
Vivere, viſne diu vivere? vive bene.

Non omnibus fidendum.

Qui cuivis quidvis credit, malè creditur illi.
Quò mihi credis plus, hoc tibi credo minùs.

Argi

Digitized by Google

Argi aliis, ſibi talpæ.

Crimina qui cernunt aliorum, nec ſua cernunt:
Hi ſapiunt aliis, deſipiuntque ſibi.

Mors aliis optanda, fugienda aliis.

Mors vitanda malo, Sancto imitanda: malorum
Vltimus hic finis, vel ſine fine malum eſt.

Vir ad omnem fortunam conſtans.

Mutatus non mutaris, mirabile dictu,
Se fortuna aliis, traditur ipſa tibi.

Religioſus ægram ſororem noluit videre.

Ne ſis ægra meos vis, inquis, cernere vultus:
Æger ego ne ſim, nolo videre tuos.

Diverſa Diverſis conveniunt.

Mittere perſonæ vis convenientia cunctæ?
Mitte cibos miſeris: divitibuſque famem.

Invidia & virtus.

Invidiam quicunque putat virtute fugari,
Neſcit quid virtus, quidque ſit invidia:
Nam ſi virtutis plus, invidiæ minus eſſet:
Quo virtutis enim plus, vitii minus eſt.

Surdus & cæcus.

Cur oculis poſſet ſurdus, cæcuſque quid aure?
Ille oculis audit, auribus ille videt.

Amare, & Amari.

Quiſquis amat ſervit: dominatur quiſquis amatur,
Quiſquis amat patitur: quiſquis amatur agit.

§. 3. Uſus & imitatio.

EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

Gaudia quæ ſequimur pariunt tibi, Chriſte, dolorem.
Et dolor iſte tuus gaudia noſtra parit.

Digitized by Google

Me puer iſte virum facit, iſta potentia fortem.
Debilis iſte puer, debilitate mea eſt.

1. *De Iuda proditore.*

Lux videt una duos, ligno pendere, Deumque,
Et Iudam: hinc agnum; ſed ſimul inde lupum.

2.

Ignotus vivis, moretis ſed notus Iuda,
Vita obſcura tibi, mors tibi clara fuit.

3.

Eſt Petrus inconſtans, tulit inconſtantia laudem:
Ad Galli cantum territus ipſe Leo eſt.
Es conſtans Iuda, ſed te conſtantia perdit:
Hæc virtus ſceleri; nunquam adhibenda fuit.

FONTIS I. VENA III.

R*Epugnantium mutua inter ſe converſio*, quæ vel in uuo ſubjecto oppoſitis prædicationibus affecto admittitur. Vt *Lazarus quantumvis divitiis, inops: inopiâ dives fuit*, vel ipſa inter oppoſita ubique nudè convertuntur. Vt *felix infelicitas qua cœlum aperit: infelix felicitas qua claudit*, vel denique oppoſita ſubjecta, oppoſitas affectiones, non re ipſa tantùm, ſed & vocum converſione, permutant, per quod à vena 2. primo membro differt, quòd hæc converſio etiam vocum alternam permutationem addat, ut ſi dixeris, *cùm Lazaro præter cœlum deeſſent omnia; Epuloni præter cœlum nihil: Lazaro nihil defuit, Epuloni omnia.*

§. 1. Exempla Martialis.

Vltimi ac prioris membri exemplum Martialis ſuppeditat.

Ad Dindymum L. 5 Epig. 80.

Inſequeris fugio, fugis inſequor; hæc mihi mens eſt.
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

Digitized by Google

Ad Cæſarem L. 8. epig. 11.

Magna licet populo tribuas, majora daturus,
Dona ducum victor, victor & ipſe tui.
Diligeris populo non propter munera, Cæſar:
Propter te populus præmia, Cæſar, amat.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

VEna hæc rarà eleganterque implicatâ argutiâ ludit, ideoque paucioribus illa familiaris Epigrammaticis fuit Martialis tenui admodum guſtu eam delibavit: alii recentiores ubi illius ſemel melle, ineſcati fuère, huc deinde omnem ſenſum, velut ad exquiſitè delicatum ferculum convertere ſunt viſi. Quocirca liberaliùs hinc avido lectori propinandum duximus.

S. Martinus vivis & mortuis prodeſt.

Et tibi viventes debent, Martine, ſalutem,
Hanc etiam debet mortua turba tibi,
Vivere nam rectè per te didicère ſepulti,
Et per te vivi ſic didicère mori.

Adulator Principum.

Moribus adverſa eſt tibi plebs: tu moribus illi:
Nec ſapiens plebi es, nec ſapit illa tibi:
Nam quæcunque facis, plebs hæc laudare recuſat;
Et quæ plebs laudat, tu renuis facere.

David toto exercitu ſiti afflicto, aquas oblatas, non bibit.

Cum David ſpectaret aquas; ſic aſſerit: omnes
Si bibero ſitient, ſi ſitiam, biberint.

Puer Senex.

Ne puerum mirare, ſenem ne ſperne; tametſi
Sæpe vir in puero eſt: in ſene ſæpe puer.

Lex.

Digitized by Google

Lex, Lis.

Filia lex litis: bona filia, peſſima mater.
Filia lis legis: mater bona, peſſima nata.

In ſculptorem improbum.

O metamorphoſin! tibi ſaxa ſimilima fiunt.
Tu ſaxis ſimilem, te facis eſſe tuis.

Chriſtus patiens & Maria.

Martyrium Mariæ dependens in cruce Chriſtus,
Martyrium Chriſti ſub cruce mater erat.

Urbs alitur, & alit rus.

Vrbs ſterilis fructus agrorum in ſtercora vertit:
Fertilis in fruges ſtercora vertit ager.

Rex & Tyrannus.

Iuſſa boni Regis precibus præpono Tyranni.
Cùm rogat iſte, jubet; cùm jubet ille, rogat.

Julius Flaccus exulat innocens.

Si renuo imperium, perituros, Flaccus, honores,
Quod caret invidiâ, non renuo exilium.
Dum me, quod renuo fatearis, Roma, mereri:
Et quod non renuo, me meruiſſe neges.

Connubium & amor.

Plurimus in cœlis amor eſt, connubia nulla:
Conjugia in terris plurima, nullus amor.

In promiſſorem Fallacem.

Quod dicis, tandem facito: vel dicito ſaltem
Quod facis. at neutrum tu, Fabiane, facis.

Hiſtoriæ veteris & novæ diſcrimen.

Lex fuit hiſtoria vetus hæc: ne dicere falſum
Audeat, & verum dicere ne metuat.
Hac eſt hiſtoriæ nova lex: ne dicere verum
Audeat, & falſum dicere ne metuat.

Religi

Digitized by Google

Religioſus bona opera occultat.

Quod bene fit, male fit, nimium ſi fiat apertè.

Contra Politicus mala.

Occultè dum fit, quod malè fit, bene fit.

Somnia.

Quæ mala ſunt, bona ſunt, mala ſunt bona ſomnia: quare?
Gaudeo, ſi mala ſunt: ſi bona ſunt, doleo.

Puerorum & ſenum gratitudo brevis.

Quod bene fit puero, perit; et ſi permanet ille:
Decrepito quòd fit, non perit; ipſe perit.

Dona propter majora ſunt dona.

Donat, ut accipiat; non accipit, ut det Acerra:
Accipere eſt ille meta, ſagitta dare.

Oriens infidelis, occidens fidelis.

Floret dextra fides, in mundi parte ſiniſtra:
In mundi dextrâ parte, ſiniſtra fides.

Scientia paucorum eſt.

Plurima ſcire volunt omnes, at credere pauci:
Hinc multi credunt plurima, pauca ſciunt.

In vilem, ac ſuperbum patriæ diſſimulatorem.

Quam malè cum patria tibi convenit, & bene terra?
Namque pudet patria te, patriamque tui.

Moriendum in vita, ut vivas poſt mortem.

Mortuus ut vivas, vivus moriaris oportet.
Ergo priùs diſcas, quàm moriare, mori.

Doctores verbis & vitâ ſimiles.

Hi mihi doctores ſemper placuêre, docenda
Qui faciunt, plus quàm qui facienda docent.

Serviendum tempori.

Temporibus, qui ritè ſapis, ſervire memento
Omnibus; ut tempus ſerviat omne tibi.

Mors

D. Margarita amatorem ſubitâ deformitate avertit.

Margaris informi dum truncat vulnere nares:
Pulcrior ex illo vulnere forma fuit.
Si res ſupplicio tales plectuntur amata,
Pridem erat ipſe ſuo dignus amore procus.

§. 3. Vſus & imitatio EXEMPLIS PROPRIIS. DE CHRISTONATO.

1.

OMnia deberem, facio nihil: omnia Chriſtus
Cùm faciat, debet nil tamen ipſe mihi.

2.

Gloria quæ fugitur vera eſt, fugiendo tenetur.
Exemplo doceat te Deus ipſe ſuo.
Enituit ſpretus. Nam gloria dicitur umbra:
Si venias fugiet, ſi fugias veniet.

3.

Naſceris ad mortem, vitam moriturus adibis:
Vita tibi mors eſt; mors tua, vita tibi.

4.

Omne bonum Deus eſt: homo nil eſt: at Deus ipſe
Poſtquam nil fieret, omnia factus homo eſt.

5.

Brutum factus homo eſt; homo brutum: quando To-
Excipit hoſpitio beſtia, pellit homo. (nantem.

6.

Ex ſtabulo Chriſtus paradiſum fecit: ab Adam
In ſtabulum verſus cum Paradiſus erat.

Digitized by Google

Mors bona ex vita, & vita ex morte pendet.

Vt tibi mors felix contingat, vivere diſce.
Vt felix poſſis vivere, diſce mori.

Infelix Dido Sichæo & Ænea maritis.

Infelix Dido, nulli bene nupta marito:
Hoc fugiente peris: hoc pereunte fugis.

Innocentes.

Si cùm poſſe deeſt, ſatis eſt voluiſſe necari.
Nam cùm velle deeſt, ſit potuiſſe ſatis.

Gallia in veſtitu novitatis amans.

Cupis doceri, Gallica juventus
Quod veſtium placeat genus?
Quodcunque nunquam placuit, hoc placet. Noſter.
Quodcunque placuit, diſplicet.

Avarus moriens.

Omnia das, quia nil potes hinc auferre: dediſſes,
Si tecum poſſes omnia ferre, nihil.

Felix & miſer.

Dupliciter miſer es, qui felix antè fuiſti:
Dupliciter felix, qui fuit antè miſer.

Prudentia facit ex timidis fortes.

Naturâ ex timidis fortem prudentia reddit:
Nemo cavenda timet, qui metuenda cavet.

Vita longa.

Si tardè cupis eſſe ſenex, utaris oportet
Vel medico medicè, vel Medico modicè.

Cæcus ad Chriſtum.

Nil videam quamvis, in te, Chriſte, omnia ſpecto:
Omnia ſi videam, te ſine, ſpecto nihil.

Vita humana.

Quod volo non poſſum: poſſum quod nolo viciſſim.
Tota hominis vita eſt, nil niſi nolo, volo.

D. Ma-

DE IVDA PRODITORE.

1.

Vita malis levis eſt, ſed mors gravis eſſe videtur:
  Quam Iudas ſimilis, diſſimilisque fuit!
Vita gravis viſa eſt, laqueo dum colla revincit.
  Et cum penderet mors fuit ipſa levis.

2.

Lazarus exaudit Chriſtum, non audit Iudas:
  Hic quamvis vivus, mortuus iſte fuit.
Credimus? an melius Iudam vixiſſe negamus:
  Non vixiſſe ſuis Lazarum in exequiis?

3.

Comparat hoc laqueum pretio, quo vendit IESVM.
  Vendenda emptor emit, vendit emenda ſibi.

4.

Carnificem Iudamque inter lis nata putatur:
  Dignior an laqueis ille, vel iſte foret?
Denique tortorem, fur eſt ſuſpendere juſſus,
  Et furem tortor: dignus uterque fuit.

5.

Non voluit, potuit Iudas ſervare Magiſtrum,
  Non potuit, voluit Iudam ſervare Magiſter.

FONTIS I. VENA IV.

R*Epugnantia de ſe invicem affirmata*, quorum varietas his ferè propoſitionibus explicatur, *Dives Lazari paupertas, quâ cœlum emit*. Vel, *Dives egens*. *Vel egendo Dives.* Vel, *inter inopiam Dives*, &c. quæ licet ſubinde à vena prima repugnantium parum diſcrepare videantur; hoc tamen diſcrimen eſt, quòd hic ipſa inter ſe repugnantia concurrant, ac de ſe invicem di-

Digitized by Google

cantur: ibi ſufficiat de eadem re ſubjecta oppoſitè enuntiari, Vnde in his plus argutiæ ac ſubtilitatis reperitur.

Ex Martiali cùm nil occurrat, recentiores conſulamus. Ex quibus, uti & exemplis deinde noſtris loquendi varietatem hoc loco occurrentem facilè obſervabis, multitudo enim præceptorum, ingenia confundit, obruitque.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Crux bonorum levis.

Dulcis vita piis, & purè eſt mellea; quando
Nec crux deliciis caret.
Nempe ex quo Chriſti crux olim lectulus, inde
Jam ſunt deliciæ cruces.

Fortuna.

Non hac inconſtans, ut pictor imagine fingit;
Sed tantùm conſtans in levitate ſuâ eſt.

Vulnera Chriſti ſanant.

Pharmaca ſunt potiùs, quàm vulnera, vulnera Chriſti:
Curat enim plagis vulnera noſtra ſuis.

Vita noſtra curarum & mortis plena.

Cor niſi cura nihil, caro nil niſi triſte cadaver.
Naſci ægrotare eſt, vivere ſæpe mori.

Eraſmi Moria.

Stultitiæ laudem ſcripſiſti primus, Eraſme:
Indicat ingenium ſtultitiæ iſta tuum.

Galenus ob morbos Medicus, Iuſtinianus ob injuſtitiam Iuriſconſultus.

Vlceribus, Galene, vales tantummodo noſtris.
Stultitiâ noſtrâ, Iuſtiniane, ſapis.

Pan-

Digitized by Google

Pauper ſepultus.

Nullâ mihi vivo domus; at nunc certa ſepulto eſt:
Vitaque paupertas, mors mihi divitia
Vita mihi exilium, requies at certa ſepulcrum.
Nudus eram vivus, mortuus ecce tegor.

In calumniatorem improbum.

Quod laceras, Iodoce, meam, mihi gaudeo, famam.
Laudari eſt, homini diſplicuiſſe malo.

In Scriptorem podagricum, & Citharœdum Chiragricum.

Lælius eſt ſcriptor, Ianus citharœdus: uterque
Ejulat, hic Chiragrâ, Lælius at podagrâ.
Ambo nocent manibus, ſcribendo hic, ille tacendo:
Ille omnes lacerat: omnibus iſte tacet.
Vt juvet hic omnes, ne lædat Lælius omnes:
Sit chiragra huic podagra, ſit podagra huic chiragra.

Epigramma.

Res, ais, eſt epigramma levis: cùm ſcribitur in te,
Cur fers ergo levem rem, Line, tam graviter?

Studioſus.

Clarum aliquot tu ſemper opus meditaris, amice,
Et tibi ſunt ingens, otia ſumma, labor.

Multis qui credit, decipitur.

Credendo vanis, didici non credere verbis.
Spes deſperantem me mea falſa facit.

Donatus.

Nil gladios metuit, Chriſtumque fidemque tuetur.
Dumque caput perdit, repperit ipſe caput. *

* *Chriſtum.*

Ad Pontinum elatum proſperis.

Proſpera te facit fortuna, ſceluſq; ſuperbum.
Æger cùm fueris, Pontice, ſanus eris.

Amor

Amor & labor.

Omnia vincit amor, labor omnia vincit, & ipſe
Improbus. Ergo amor eſt, improbus, Hebre, labor.

In moleſtum Poëtam.

Quid nobis placeat recitato in carmine, quærit
Nil mihi crede, magis ſine placere ſolet.
Vel breve, vel nullum ſit, quod vis carmen amari:
Quò minus attuleris, plus tibi laudis erit.

§. 3. Vſus & imitatio

EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

OMnia nunc fiunt, fieri quæ poſſe negabam,
Cum Deus alter homo factus, homoque Deus.
Et rupes oleum fundunt, & balſama quercus,
Et ſterilis ramos lilia, ſpina roſas.
Omnia mira quidem, tamen hoc ſuperantur ab uno:
Quòd patrem generet filia, virgo virum.

2.

Pauperies contempta fuit, laudataque paucis:
Exemplo, Deus eſt, illa probata tuo.
Per te pauperies dives modò cœpit haberi,
Atque inopes, per te, nunc reputantur opes.

3.

In cunis jacet elinguis vox ipſa Tonantis;
Anne Deus tanta voce tacere poteſt?
Plura Oratorum nemo eſt, mihi crede, locutus;
Quàm loquitur nobis iſte tacendo puer.

4.

Gaudia noſtra ſuo puer attulit iſte dolore;
Siccavit lacrymas fletibus ille meas.

Omnia

Digitized by Google

5.

Omnia dat puer hic bona, nulla refundimus illi:
Dat nihil ipſe mali; reddimus omne malum.
Omnia cum tegeret: nihil illum texit in orbe.
Omnia qui ditat, nil modò pauper habet.
Omnia qui novit, nil is modò ſcire videtur.
Omnia quæ portat, nil manus iſta poteſt.
Omnia qui fueras, poſtquam nil facte videris:
Omnia nunc tandem credimus eſſe nihil.

6.

Tu mala noſtra luis, te noſtra ſuperbia vilem,
Infelix inopem copia noſtra facit.

7.

Heu! nimis in facinus prono devoluimur orbe,
Infelix caſus ſæpius iſte fuit:
Sed tamen, ut nobis puer eſt delapſus ab aſtris;
Hoc felix caſu ſurgere cœpit homo.

8.

Omnia condideras, deerat tamen omnibus unum:
Ni te feciſſes, omnia nulla forent.

9.

Magna tua eſt nimium clementia, Chriſte, quòd uni
Non placeas homini, qui placet ipſe tibi.
Omnia tu Deus es, nil vilis homuncio, nil eſt:
Omnia quis tandem credat amare nihil?

10.

O nox clara nimis, quâ lux oſtenditur ipſa!
O nimiùm cæcus, quo latet illa dies!
Naſceris in tenebris, ſed nox lux incipit eſſe:
Quid mirum eſt? & homo cœperat eſſe Deus.

11.

Si ſimilis gaudet ſimili, ſapientia Patris
Deſipit,

Digitized by Google

Deſipit ad ſtultos cùm venit illa homines.

12.

Omnia bellorum fuerant pleniſſima Chriſte:
Cùm tu veniſſes omnia pacis erant.
Sed tamen hoc mirum eſt, quæ bellum ſuſtulit orbi,
Ipſa fuit bellis, pax bona, preſſa malis.

DE IVDA PRODITORE.

1.

Dedecus ultórum laqueo te, perfide, ſpondes,
Et facis: eſt peior perfidiâ iſta fides.

2.

Prodiga avarities ſemel eſt comperta fuiſſe,
Omnia pro laqueo cùm dedit illa levi.

3.

Mammonæ ſimul atque Deo famulatur Iudas,
Jungere divitias, pauperiemque cupit.
At miſer, ut dominus voluit ſervire duobus,
Obſequio *Dominum* perdit utrumque ſuo.

FONTIS I. VENA V.

IDem de ſeipſo negatum, aut oppoſitè aliquâ ratione affirmatum. Ut *Lazarus pauper ſine paupertate, dives ſine divitiis, miſer ſine miſeria. Felicitas epulonis magna, ſed abſque felicitate: magna Lazari calamitas, ſed abſque calamitate. Perierat niſi fortaſſe periſſet, felix eſſet Epulo, niſi felix fuiſſet.* Affirmatè porrò eadem ſibi oppones, ut nimiâ Epulonem felicitate ſuâ felicitate excidiſſe, tot opibus opes ſubitò evertiſſe, &c. Et rariora quidem hujus ultimæ oppoſitionis exempla extant.

Digitized by Google

§. I. Exempla Martialis.

Lib. 10. Epig. 21.

——mea carmina, Sexte.
Grammaticis placeant, ſed ſine Grammaticis.*

** Scilicet interpretibus.*

In Fannium lib. 2. epig. 57.

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit.
Hic, rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Dives.

CVra diem perdit, noctem tenet improba cura;
Divitis in media eſt nulla quiete, quies.

Cor Chriſto dandum.

Et vos Adamidæ, vos, ô mecum, pia Chriſto
Corda date: ô qui dat, quàm ſine corde ſapit!

Chriſtus naſcens & patiens.

O nati Chriſti bona nox! ô lux mala paſſi!
Lux mala luce carens: nox bona nocte carens.

Chriſti facies in ſudario.

Forma caret forma, color illi eſt abſque colore.
Quâ fuit arte rogas, picta tabella tuâ.

Diva virgo.

Quiſquis es, abſque meo qui vis me pingere nato:
Me ſine me potiùs pinge, dolebo minùs.

S. Nicolaus Tolent. crucem intuens.

Fixa licet ſpectare crucem mea lumina pergant:
In cruce non poſſunt illa videre crucem.

Thereſa Angelum videt.

Quoties ſidere pulchriorem Ephebum
Cùm cernis, quis erat Thereſa ſenſus?

Dicam

Digitized by Google

Dicam, ni prohibes Thereſa, dicam:
Inter gaudia tam beata, nullum
In ſenſu reor affuiſſe ſenſum.

Chriſtus mortis in cruce oppreſſor.

In cruce mors obiit, nunquam de morte reſurget.
Mortis eras ſtimulus, mors tua, crux tumulus.

Sanitas ſæpe pota perdit ſanitatem.

Vna ſalus ſanis nullam potare ſalutem,
Non eſt in pota vera ſalute ſalus.

Auri & honoris pretium.

Rarus amoris amor, virtutis nullus amator.
In pretio pretium nunc, in honore honor eſt.

In pretio pretium eſt.

Divitiæ proſtant, emiturque pecunia nummis;
Et ſua jam virtus præmia vilis emet.

Oculi ſæpe noxii.

Vos oculi, vos in ſcopulos deducitis altos;
Abſq; oculis, credo, plura videre licet.

Ad Eruditum.

Arte tuâ nutritur honor; laus vera fovetur;
Laus tibi debetur laudis, honoris honor.

Chriſtus noſtra ſalus.

Erranti, pereunti, ægro: via, vita ſaluſque.
Mors mortis pendens in cruce, cruxq; crucis.

DE CHRISTO NATO.

OMne puer tulit iſte ſcelus, noſtriq; dolores
Sunt onus, & magni ſunt alimenta mali.
Nunc Atlas taceat, puerum ſcelera iſta gravarunt,
Nulliùs quamvis ponderis, orbe magis.

2.

Naſceris in mundum cùm frigore cuncta rigerent,

Digitized by Google

Ignibus accendi debuit iſte tuis.
Majus erat cunctis circum præcordia frigus:
Corporis hoc pellis frigore, Chriſte, tui.
Non mirum eſt flammis depelli frigora, mirum eſt
Hoc Phyſicis, frigus frigore poſſe pati.

3.

Forſitan errabunt, natum qui nocte putarunt,
Quâ mea lux oreris, nox ſine nocte fuit.
Et qui luce putant extinctum, errare videntur:
Quâ, mea lux, moreris, lux ſine luce fuit.

4.

Omnia mutantur, cùm ſe mutaverit auctor,
Incepitque ſui Conditor eſſe Deus.
Principium ſine principio, finem ſine fine,
Exilis ſtringit faſcia fine ſuo.

5.

Cùm medio ignotus Deus ipſe lateret in orbe,
Orta dies nobis; ſed ſine luce fuit.

DE IVDA PRODITORE.

1.

Horrendam timuit Judas pro crimine mortem,
In laqueo voluit mitior eſſe ſibi.
Qui ſibi ſic parſit, graviùs nocuiſſe putatur.
Stultitiæ caput eſt, ne moriare, mori.*

* *Simile habes in Martiali ſupra, Iudas Angrammaticè ad jus.*

2

Ad jus, crede mihi, tu jure citatis Juda:
Nomen habes tantum, jus ſine jure tuum eſt.

3.

Hunc culpent alii, Judas tunc profuit orbi,
Cùm pretio Dominum tranſtulit ipſe ſuum.

Vt

Vt ſceleri fieret medicina, hoc defuit unum.
Et ſcelus hoc unum, ſuſtulit omne ſcelus.

FONTIS I. VENA VI.

IDem de ſubjectis diverſis, negatum aut affirmatũ, quorum tamen alterutri tantum congruère videtur Ut *Lazarus in vita; Dives, poſt vitam, eguit utérque miſer.* Vel *Lazarus poſt vitam abundat, in vita* Dives: *hinc felix uterque eſt.*

§. 1. Exempla Martialis.

Non inelegans in his quanquã parcus Martialis eſt.

In Diaulum lib. 1. epig. 40.

Nuper erat Medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus,
Quod Veſpillo facit, fecerat & Medicus. *Scilicet homines ſepelire etiamnum inferi.*

In Paullam, lib. 9. epig. 4.

Nubere vis Priſco, non miror, Paulla, ſapiſti. *
Ducere non vult Priſcus, & ille ſapit.

* *Scilicet, divini egena*

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

NEc multà admodum nobis hujus argumenti ſuppetunt. Illud interea obſervare te velim, quod ea ſubtilitatis plus reliquis habeant, quæ eandem ſibi ipſi perſonam tanquam geminam opponunt, uti apud Martialem idem Medicus & Veſpillo habetur.

Nec dives, nec pauper curà vacat.

Semper ſollicitus fuiſti Irus, cur? quia pauper:
Nec tu Crœſe minùs. cur? quia dives eras.

Tempus edax rerum.

Tempore tempus edax edit omnia, Dyndime, *ſed tu*

Dum nugando teris tempora, tempus edis.

Ad Calvum comatus.

Calve, meos nunquam potui numerare capillos:
Nec tu, (nam nulli ſunt) numerare tuos.

Culpa eſt velle mori, & nolle.

Seu mortis veniat, ſeu nondum venerit hora:
Culpa eſt velle mori, culpaq́ nolle mori.

Medicus & æger.

Pharmaca das ægroto: æger tibi porrigit aurum:
Tu morbum curas illius, ille tuum.

In avarum Principem.

Sæpe tibi ex aliis naſcuntur gaudia, princeps,
Cum vulgi in fiſcum fers morientis opes:
[illegible]ſſint alii de te gaudere viciſſim:
[illegible]cipias, fiſco deficiente, mori.

Ad Eraſmum de Moria.

S[illegible]titiam non tu laudaſti ſolus, Eraſme:
Te laudant multi, ſtultitiamque tuam.

Inventor tabulæ nauticæ.

Iam tabula iſta poteſt aliis dare nautica lucem:
Sed lucem tabulæ, tu prior ipſe dabas.

In vilem hominem ſe obſequii gratiâ offerentem.

Quod mihi miſiſti, nihil eſt: nihil ergo remitto:
Te mihi donaſti: te tibi reddo, vale.

Tribus integra cauſa explicanda.

Integra Cauſidico narranda eſt cauſa perito,
Et Medico morbus, crimina Theologo.
Sæpe loqui nocuit, tamen hic tacuiſſe nocebit:
Poſſe tacere ars eſt, ars quoq́ poſſe loqui.

§. 3. Vſus

§. 3. Uſus & imitatio.

EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

HUmanâ poſtquam Numen videt eſſe figurâ;
Tunc ſimul humanus bos aſinuſque fuit.

DE JUDA PRODITORE.

Quàm doctus ſimulator eras! dum fingis amicum,
Et Chriſtum, & Judam decipis arte tuâ.

2.

Dignus erat laqueo qui te ſuſpendit, Juda:
Quem ſuſpendiſti dignus & iſte fuit.

3.

Ad mortem properant Judas & Chriſtus; utrique
Mors diſpar: par eſt, quod voluêre mori.

4.

Quam levis eſt Judas ventoque agitabilis omni!
Qui vivus fuerat, mortuus rite manet.

FONTIS L. VENA VII.

DUæ reliquæ fontis Venæ, modo prædictis, quibus repugnandi varietate, à prioribus diſſidentes, ſeparandæ tamen hoc diſcrimine ſuo videbantur, ne ceteris confuſæ, obſcuritatem, quàm in re tam ardua, evitare per quam eſt difficile, parerent. Uberiores autē hæ venæ ſunt, quòd per omnes jam dictas repugnantium formas ſeſe effundant; ac ſolo ferè loquendi varient genere. Itaque *unum repugnantium alteri præferri, aut ſubſtitui poterit, per correctionem, optationem, aut aliam figuram.* Ut dicas de Lazaro. *Pauper erat, aut dives potius, qui paupertatis pretio cælum ſibi comparabat.* vel de Epulone: *dives erat, ſi tamen dives dicendus eſt, qui bonis, uti neſciret. o inops Lazarus, imò verè dives*

Lazarus cui cœli hæreditas patebat. Sic per reliqua oppoſitorum genera, hoc exemplum diducere licebit.

§. I. Exempla Martialis.

In Cottam Martialis, lib. 1. epig.

Bellus homo, & magnus vis idem Cotta videri:
Sed qui bellus homo es, Cotta, puſillus homo es.

De fictis Gelliæ lacrymis lib. 1. epig. 30.

Amiſſum non flet, dum ſola eſt Gellia, patrem,
Si quis adeſt, juſſæ proſiliunt lacrymæ:
Non dolet, hic quiſquis laudari Gellia quærit:
Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.

In Lividum. lib. 1. epig. 34.

Qui ducis vultus, & non legis illa libenter,
Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.

Ad Ollum Lib. 7. epig. 10.

In lucem cœnat Sertorius; Olle, quid ad te?
Cùm liceat totâ ſtertere nocte tibi.
Sexaginta Tito debet Lupus; Olle, quid ad te?
Aſſem non dederis, crediderisque Lupo
Uxor Mœcha tibi eſt: hoc ad te pertinet, Olle
Poſcit jam dotem filia grandis, & hoc &c.

In Afrum lib. 9. epig. 5.

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis volui quinque diebus, ave.
Non vacat; aut dormit: dictum bis terque reverſo:
Jam ſatis eſt, non vis, Afer, avere, vale.

In Cæcilianum lib. 9. epig. 52.

Non noſtri faciunt, tua quod tibi tempora ſordent;
Sed faciunt mores, Cæciliane, tui.

In

In Mathonem lib. 10. epig. 42.

Omnia vis bellè Matho dicere, dic aliquando
  Et bene; dic neutrum, dic aliquando male.

Ad Parthenopaeum tuſſim delicate remediis curantem lib. 11. epig. 46.

Mella dari nucleoſque jubet, dulceſque placentas,
  Et quidquid pueros non ſinit eſſe truces.
At tu non ceſſas totis tuſſire diebus;
  Non eſt haec tuſſis, Parthenopaee, gula eſt.

Animadvertes hic, opinor, per ceteras oppoſitorum venas hanc etiam extendi. Nam ad venam primam ſpectare poterit Epigramma de Cotta: ad ſecundam de Gellia & Livido, non nulla etiam ad regulas agnatorum facilè revocabis, unde ſi hanc à ceteris venam ſeparare non liceat, eò licebit reducere.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

In loquacem ſtudioſum.

Fruſtra magiſtrum, qui loqui doceat, rogas:
  Tacere qui doceat pete.

Franciſcus Borgia.

Omnia contempſi, quaerens caeleſtia ſolum,
  Nil ego contempſi: cuncta caduca nihil.

In nobilem indoctum.

Vix novit alpha, & ſtemma jactat antiquum,
Te nempe prodis ſtulte, quem taces? nullus eſt
Antiquior majorque genere ſtultorum.

Thraio.

Primum putat ſolumque ſe.
Si ſolus es, qui primus es?
Si primus es, qui ſolus es?

Chriſtus vulnera.

Qui ſicco potes hac videre vultu,
Sicco cernere nil merere vultu.

Auguſta Cæſaris uxor ſe ornat.

Fruſtra Auguſta cupis magna huic oſtendere: ſolo
In ſpeculo, Cæſar magna videre poteſt.

Mediocris opulentia optima.

Nec paupertatem, nec opes deſidero magnas:
Nolo parum: nimium non volo; ſat mihi ſat.

Afflictus Cæſari.

Spes mea te ſpectat, fortunatiſſime Princeps,
Tu mihi ſpem miſero tolle, beatus ero.

Vir fortis & Nauta.

Omne ſolum forti patria eſt: fortem excipe nautam;
Pontivagis nautis omne ſalum patria eſt.

Avarus nec ſibi, nec aliis utilis.

Solus habet, quod avarus habet, nil donat amico,
Nil ſibi dat: ſolus non habet, hoc quod habet.

In Eremicolam impatientem.

Ne ſuccenſeres, turbam ſubterfugis: erras;
Non tibi turba; tibi tu fugiendus eras.

Filius Parenti carus moritur.

Ante patrem moreris, ſic fama eſt. Fallitur illa:
Nam cùm vita patris ſit tua, is antè obiit.

Sponſa de Alexi perdito.

Dum mihi tu ſponſus, tibi ſponſa futura putarer,
Tunc meus ajebam, ſolus Alexis erit.
Altera vera fuit, fuit heu! vox altera mendax:
Es ſolus, ſed non diceris eſſe meus.

In vanum promiſſorem.

Omnia te dicis facturum; nil facis Aſine,
Nempe labor minor eſt dicere, quàm facere.

In di-

Digitized by Google

In [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

§ 3. Visus & [illegible]

EXEMPLIS PROPRIIS

DE CHRISTO NATO

M[illegible] Deus [illegible]
[illegible]

2.

Nato [illegible] pastoribus [illegible]:
Sed tamen [illegible] Reg[illegible]

3.

Te [illegible]
Ethnicos & quae [illegible]
Scilicet ignarant, quod Rex [illegible]
Quo[illegible]
Qui [illegible] Rex[illegible] Decet[illegible]
D[illegible]

5.

Cur [illegible] quaeris? [illegible] per corpus esse [illegible]
D[illegible] fabricam quaerere, [illegible]
Peccati [illegible] dum te [illegible]
Peccatis [illegible] corpus esse [illegible]

6.

Hic carnalis homo, qui spiritualia nescis:
Hic tibi delicias carnis amare licet.
Spiritus oppressus quando [illegible] carnis amore esse:
Ne noceas posthac, en Deus ipse caro est.

DE IUDA PRODITORE

Quem salutare jubes, non est tibi, [illegible], magister:

Hanc te perfidiam qui docet, ille fuit.

2.

Facta doles: placet hoc; ſed te ſuſpendis Juda:
Diſplicet. Ut poſſes pœnituiſſe bene:
Suſpendendi omnes Judæi, ſtulte, fuiſſent
Hoc laqueo: Chriſtus ſic redimendus erat.

3.

Vendere Judæis vis convenientia Juda?
Vendendus laqueus, non tibi Chriſtus erat.

4.

Credimus eſſe Deum, quem tu malè tradis, Iuda:
Quem malè vendideras, credimus eſſe Deum.
Credimus eſſe Deum, te non credente magiſtro:
Non opus eſt cathedra, credimus ex laqueo.

5.

Vendis ſtulte fidem: quam Chriſto ſæpe dediſti.
Hæc tibi, ſi ſaperes, eſſet emenda fides.

6.

Qui tibi marmoreum dicunt in corpore corpus,
Falluntur, venter nam tibi mollis erat.

Quia ſcilicet diſruptus eſt.

FONTIS I. VENA VIII.

EOdem prope diſcrimine hæc à ſuperioribus vena, quo & prior diffidet: unde & illam ad eaſdem licebit reducere; hæc porrò talis eſt *Alterum aut utrumque repugnãtium, uniùs ſuprà recenſitis, non abſolutè ſed conditione certâ, aut dubitatione, aut ſententia ſuſpenſione concurrere poſſunt.* Ut, *an inops Lazarus, cui inter inopiam cœli patebat hereditas? Putaſne inopem cui virtus pro theſauro, pro ærario opulentiſſimò animus?* Sed abrumpo breviſque ſum, ubi nec rarum quicquam, nec arduum eſt.

§. 1, Exem-

§. 1. Exempla Martialis.

Martialem audi.

Ad Gelliam lib. 5. epig. 30.

SI quando leporem mittis mihi Gellia, dicis,
Formoſus ſeptem Marce diebus erit.
Si non derides, ſi verum, Gellia, narras:
Ediſti nunquam, Gellia, tu leporem.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Mars alios premit, alios opprimit.

DIvitibus nummos, vitam Mars tollit egenis:
Eſtne hoc pauperiem tollere, vel facere?

Divitiarum cura morbum creat.

Divitiis ſociis ubi morbus crevit; utrúmne eſt
Vtilius? dives morbus, inópsne ſalus?

Eremicola fame in ſolitudine pallens.

Fama eſt, quòd quondam, ſi vera eſt fabula, Thisbe
Atra ſtatim magno reddita amore fuit.
Sed te mortis amor niveam facit eſſe colore,
Anne hoc qui fecit, non fuit unus amor?

Mars & Minerva.

Cum ſine Patre datus Mars, & ſine Matre Minerva,
Plusne boni natum creavit, annè mali?

Nemo duobus Dominis ſervit.

Tu dominos ſequeris geminos: mirabile dictu,
Si vel utrique places tu, vel uterque tibi.

§. 3. Vſus & imitatio EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

SI minus erraſſes, poteras erraſſe videri,
Tam bene corrigitur nunc tuus error, Adam.

Digitized by Google

2.

Miraris nudum? puerum hunc ſpoliavit Adamus;
Cùm ſe nudaret integritate ſuâ.
Aut certè puer hic ſeſe ſpoliavit; Adamum
Ut rurſum indueret veſtibus ipſe ſuis.

3.

Dum ſcelus, & pœnas ſceleris puer iſte videret:
Dum quoque virtutes præmia habere ſuas:
Præmia ſint aliis, mea pœna ſit, inquit: an ergo
Debentur ſceleri præmia, pœna bono?

Hæc de primo repugnantium fonte dicta ſufficiant, cujus ea eſt fœcunditas, ut in elegantias atque argutias, omnes penè effundatur, nec raro aliis, de quibus nunc agemus, fontibus ſeſe permiſceat.

CAPUT IV. FONS II.

Alienatorum à re, ſtatu, aut etiam ſignificatione propria. Ignotum fontis nomen hactenus eſt; quod ille cum licet ſapidiſſimis fluat aquis, ſuâ tamen ſcaturigine venisque inexploratus multorum cognitionem guſtumque fugerit, ideoque nec appellationem invenerit. Videtur affinis non rarò fonti repugnantium permixtuſque fluere: at ſuavitate plerumque & inexſpectatâ raritate melior vulgarium ingeniorum guſtum ſubterfugit, & ſanè oppoſitarum promptior cuique inventio eſt, quàm alienarum rerum proprietas, quæ & alienationem quandam à ſubjecto cui tribuitur, & cum eodem convenientiam habeat. Alienatorum igitur fontem dixi, non quod velim in hoc ſemper proprium aliquid alienari negando (ſiquidem ita hunc cum nonnullis repugnantium confunderem), quæ negativis præſertim enunciationibus de ſubje-

ctis

ctis ſuis efferuntur) ſed quod aliquid rei non proprium, loco proprii ſubſtituatur, quodque alienum eſt tribuatur: ut ſi dicas, *hieme roſas quærit*: quod alienum ab illo eſt tempore, vel *de Lazaro* aſſeras, *tot illum in corpore gemmas numeraſſe, quot ulcera*: quòd à perſona illa, aut loco alienum eſt. Sed hæc luculentiùs diſtinctiuſque ex diverſis venis hauries, quas hoc carmine incluſi:

Quis? quid? ubi? qua cauſa? modus? tempuſque loquendi?

De quibus nunc ſingulatim agendum eſt.

FONTIS II. VENA I.

Alienare aliquid à perſona de qua agitur. Ita *de Domitiano* muſcas captare ſolito non ineleganter dictum: *Hoſtem muſcis, hoſtibus muſcam fuiſſe*, quam argutiam oppoſitio ſimul auxit. De principibus illud jactatum eſt: *aures illos habere in pedibus*. De Epulone dicas: *Quantumvis cerebroſum, ſuo tamen caruiſſe cerebro. Nulli benefeciſſe præterquam ſibi. Miſerorum calamitati addidiſſe miſeriam. Stomachum & ventrem potiùs, quàm rationem & ſapientiam ad conſilia adhibuiſſe.*

§. 1. Exempla Martialis.

Acutè lepideque Martialis in hoc fonte verſatus eſt.

Ad Laberium lib. 6. ep. 12.

Verſus ſcribere poſſe te diſertos
Affirmas, Laberi, quid ergo non vis?
Verſus ſcribere qui poteſt diſertos,
Non ſcribat, Laberi: virum putabo.

In Clytum Spurium lib. 8. ep. 66.

Vt poſcas, Clyte, munus exigaſque,
Vno naſceris octies in anno: *Id eſt, diem natalitium celebras.*

Sit tandem pudor & modus rapinis.
Quòd ſi ludis adhuc, ſemelque naſci,
Vno jam tibi non ſat eſt in anno,
Natum te, Clyte, nec ſemel putabo. *

** Carpit, ut videtur, hominis ſpurios natales.*

Ad Gargilianum ſtulti venditorem l. 8. ep. 13.

Morio dictus erat: viginti millibus emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane, ſapit. *

** Noluit enim ſapientem, ſed ſtultum emere.*

Ad Aulum lib. 12. 42.

Tam ſæpe noſtrum decipi Fabullum, quid
Miraris Aule? ſemper bonus homo tiro eſt. *Nam boni ſemper in fraudibus ſunt rudes.*

In Carmenionem effeminatum. lib. 10 ep. 81.

——Deſine me vocare fratrem,
Ne te Carmenion vocem Sororem.

Et ibidem ad Pollam. ep 59.

Cuſtodes dat Polla viro, non accipit ipſa;
Hoc eſt uxorem ducere, Polla virum.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

De S. Chriſtophoro.

TErritus anguſto cœlorum limine, dixit:
Ianua menſurâ fors minor illa meâ.
Vtendum ingenio eſt, humeris tenus altior exſto,
Perque humiles cervix non ſinit ire fores.
Lictor ades, celsâque caput cervice revelle.
Quàm ſapit abjecto Chriſtophorus cerebro!

Ad Iudicem Decianum.

Non volo te ſurdum, non mutum. te volo cæcum.
Non claudum: mancum te, Deciane, volo.

In ineptum Muſicum.

Latratus catulorum, hinnitus ſingis equorum,

Et

Et quævis vocum bellua quicquid habet.
Omnia cùm ſimules ita verè, ut ficta negentur:
Non potes humanæ vocis habere ſonum.

Fortunam Floris.

Pinxit videntem, ſed Chiragricam Deam:
Videt ſat, inquit, ſed ſatis dat nemini.

In ſuperbum Aulicum.

Quid ocreatum, palliatumque Aulicum
Sudare mirum eſt? matris hic totam ſuæ
Hæreditatem portat, & totam patris.

In Democritum.

Duxerat uxorem parvam Democritus olim:
Quique alios riſit, riſus & ipſe fuit.
Fœmina nulla bona eſt, inquit, cur rideor ergo,
Ex cunctis minimum ſi mihi quæro malum?

In Medicum imperitum.

Non ſinit in longo miſeros putreſcere morbo,
Abſolvitque brevi morte: benignus homo eſt.

In furem præmaturè captum.

Cur ait, ante meum jubeor pendere magiſtrum,
Fur primo teneras flore tegente genas?
Nil mirum eſt, inquit lictor, fuit ille peritus
Furandi, nimium tu rudis artis eras.

De S. Apollinari virum ſimulante.

Pro mitra galeam, chlamydem pro cyclade ſumpſit:
Utque virum fugiat, ſe facit ipſa virum.

De Cimbro potatore.

Vicinum Rheno culturus Cimber agellum:
Quàm metuo, dixit, ne mihi mergat aqua!
Nec falſus: partem merſerunt flumina, partem
Merſit inexhauſtis fortiter ipſe ſcyphis.
Altera Neptuno pars ceſſit, & altera Baccho.

Omnia

Digitized by Google

Omnia Diis tribuit; quis neget eſſe pium?

Cæcus in Chriſte morte.

Claudere dum Chriſtum vidit ſua lumina cæcus,
Tunc oculos cuperet non habuiſſe ſuos.

De Marco Iuventio Talpa.

Talpa ubi, poſt victos Corſos, perlegit honores,
Vrbs ſibi quos dederat; lætitiâ occubuit.
Quod ſi fregiſſet victor Galloſque Scythaſque;
Credibile eſt illum bis voluiſſe mori.

Amor proprius.

Se ſolum Labienus amat, miratur, adorat,
Non modò ſe ſolum, ſe quoque ſolus amat.

Ad Canonicum parum canonicè viventem.

Ad noctis horas per vicarium ſurgis.
Horas diurnas per vicarium cantas.
Animas tuorum per vicarium paſcis,
Animaſq; vinclis per vicarium ſolvis.
Canombe, pergis ire ſi viam cœptam,
Convexa cæli per vicarium viſes.
Contrà: ſodales lætus inter, in ſeram
Noctem uſque per te, non vicarium, potas.
Lectique plumis involutus in multam
Lucem uſque per te, non vicarium, ſtertis.
Canombe pergis ire ſi viam cœptam,
Acheronta per te, non vicarium viſes.

Amor proprius.

Pectore turpis erat, turpis ſimul ore Chorœbus.
Non tamen hic poterat diſplicuiſſe ſibi.

In omnia concedentem.

Eia aliquando nega, dic contrà aliquando roganti:
Ne quis, dum loquimur, nos neget eſſe duos.

In

In Medicum imperitum & audacem.

Qui tuus eſt patiens, ô terque quaterque beatum!
Ægrotare illum non patiere diu.

In feminam inconſtantem.

Mobilitas celi laus eſt, conſtantia terra.
In ſe terrenum nil tua Phyllis habet.

In Calvum ſceleſtum.

Omnibus amiſſis à tergo & fronte capillis:
Quid tibi jam reſtat perdite Calve? caput.

In degenerem Aulum.

Degener Aule tuis majoribus omnia debes:
Debebit, credo, nil tibi poſteritas.

In parum ſapientem.

Te magè ſtultum, ait haud, vidi hactenus: hactenus ergo
Nunquam inſpexiſti Gillimer in ſpeculum.

In Archidamam turpiloquum.

Turpia qui toties, ſalvo mihi dicis honore,
Archidama, toties ſalvo mentiris honore.

S. Catharina Martyr.

Dum vidit pugnas in virgine terra viriles.
Lae niſi vidiſſet, crederet eſſe virum.

§.3. Uſus & imitatio

EXEMPLIS PROPRIIS AVTORIS

NOs pro inſtituto hanc venam exemplis conſuetis, ut fert materia, diducemus. Ex illis intelliges tot res à perſona alienari poſſe, quot habet tam à natura; quàm iis, quæ accidunt illi proprias. Quocirca magnam hæc copiam ſuggerit.

DE CHRISTO NATO.

I.

SI quantum valeat res quæque, carendo ſciatur:
Tu rerum pretium noveris omne puer.

2.

2.

Proh immane nefas, ob quod proſcriptus ab aſtri
Exutuſque ſuis eſt Deus ipſe bonis!
Culpa mea eſt, ſed pœna Dei, quis crederet? infans
Plectitur exilio nunc Deus ipſe meo.

3.

Tota Dei pedibus ſcabellum eſt credita tellus,
Nec qui quadraret, calceus aptus erat.
Plaudite ſutores, veſtrâ Deus arte tegetur:
Calceo adaptatus pes fuit iſte ſuo.

4.

Horrueram tenebras; ſed ad has ubi lapſus ab aſtris
Cumque Deus nocti prætulit ipſe diem,
Nil metuo, tenebras lux hæc diſpellit obortas.
Abſque timore virum me facit eſſe puer.

5.

Aut ſic, aut nunquam naſci te, Chriſte, decebat.
Debuit eſſe parens Virgo paterque tibi.
Virgo bonum ſterile eſt, nemo modo dixerit hoſtis
Præ cunctis Virgo matribus una parit.

DE IUDA PRODITORE.

En agilem, promptumq; ſequi quocunq; miniſtrum
Ingenium moriens prodidit ipſe ſuum.
Morte rigent alii, ſaxoque immobile corpus
Subjacet, at mediâ tu quoque morte volas.

2.

Quòd levis in vita fueris non miror, Iuda:
Te poſt mortem etiam quælibet aura movet.
Dum Chriſtum quæris, retrò cecidiſſe putaris:
Nam tibi quà caderes frons, puto, nulla fuit.

4.

Quantus erat Judas, & qualis habendus in orbe

Qu

Digitized by Google

Qui pro mancipio vendit, habetque Deum?

5.

[illegible] is Deus eſt, aut certè magnus Judas.
Et laqueo major creditus iſte ſuo eſt.
Credaris in porcis, quos Dæmon pulſus adivit,
Inter tu reliquas una fuiſſe ſues.

6.

Noluit hic vivus, moriens teſtatus Iesvm eſt:
In vita hæreticus, morte fidelis erat.

7.

Plaudite nunc ſervi, Dominum cùm vendit Judas,
Cœpit herus famulo tunc minor eſſe ſuo.

8.

Dum Chriſtum exiguo Judas malè vendidit auro,
Nullius pretii res fuit ipſe Deus.

FONTIS II. VENA II.

R*Ei factive alicujus definitionem, naturam, aut proprietatem alienat*, ut ſi medicinâ te dicas morbum contraxiſſe. Ex cibo tibi famem auctam, vel cùm vitio diſſimulantur virtutes? contrà virtuti vitiorum affingis imaginem. Ita Epulonis erga Lazarum tenacitatem, liberalitatem appellabis; ut qui *negando magna illi auxerit in cœlo præmia. quæ offerendo minuiſſet.* vel *quod Lazaro ſcelerum materiam ſubtrahi voluerit: quis ergo neget pium?* Sed & rebus aliis proprietates effectuſque, alieni aſſignantur. Ut, *canes Lazarum alunt, & quis fame conflictari exiſtimes?*

§. 1. Exempla Martialis.

In Exceptorem ſuorum carminum furacem
lib. 1. epig. 57.

NOn ſex paratur, aut decem ſophos nummis:
Aliena quiſquis recitat, & petit famam:
Non emere librum, ſed ſilentium debet.

Digitized by Google

In Calenum hòc in menſa parciorem, quò magis ditæſceret, ſic concludit lib. 1. epig. 79.

Optamus tibi millies Calene:
Hoc ſi contigerit, fame peribis.

Et in puerum ſtiria tecti cadente occiſum lib. 4. ep. 13.

Quid non ſæva ſibi voluit fortuna licere?
Aut ubi mors non eſt, ſi jugulatis aquæ?

In Symmachum medicum. lib. 5. ep. 9.

Languebam; ſed tu comitatus protinus ad me
Veniſti centum, Symmache, diſcipulis.
Centum me tetigêre manus aquilone gelatæ:
Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

In Gallicum recitatorem Scriptorum. l. 8. ep. 72.

Dic verum mihi, Marce, dic, amabo.
Nil eſt, quod magis audiam libenter,
Sic & cùm recitas tuos libellos,
Et cauſam quoties agis clientis,
Oras, Gallice, me rogaſque ſemper.
Durum eſt, me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergo quid ſit audi,
Verum, Gallice, non libenter audis. *quia videlicet abſurdus poëta & orator es, quod audis invitus.*

De Ladente nauta, qui nave merſa & lapidibus oppleta ab agris ſuis impetum Tiberis avertit.

——————quis credere poſſet?
Auxilium domino merſa carina tulit.

Ad Gaurum. lib. 8. ep. 27.

Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, ſenique:
Si ſapis, & ſentis; hic tibi ait, morere.

aſpirat enim ad hereditatem tuam.

De

De Arria & Pœto. l. 1. ep. 13.

Caſta ſuum gladium cúm traderet Arria Pœto,
Quem de viſceribus traxerat illa ſuis:
Siqua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit,
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pœte, dolet.

§. 3. Exempla recentium Poëtarum.

Euphraſia lictorem ad ſe decollandam pulchrâ fraude incitat.

HÆc ſua mendaci delinit colla liquore.
Deceptus jugulum tentat is, atque ſecat.
Quæris adhuc, vires habeant quas unguina, miles?
Servandæ vires virginitatis habent.

Anglorum proverbium eſt: *ſtultos vera loqui.*

Anglica veridicos dicunt proverbia ſtultos:
Ergo Anglis verum dicere, ſtultitia eſt.

In larvatam.

Quod larvam geris, Ida, cupis formoſa videri.
Fallere. nam rarò pulchra tegit faciem.

Lacrymis amorem teſtamur.

Expreſſâ tacitum lacrymâ teſtamur amorem,
Gignit amor lacrymas, quis putet? ignis aquas.

Gratia hodie gratis non datur.

Quæ fuit à Domino promiſſa petentibus olim
Gratia, nunc ſolis dantibus illa datur.

In ultorem juratum.

Ulturum facinus te juras teſtibus aſtris,
Nec monitis pergis mollior eſſe meis.
Deprecor: at fruſtra. Cœlo ſim perfidus? inquis;
Stulte, hac perfidiâ turpior ipſa fides.

§. Ie-

S. Jodoco mare naves panibus onuſtas ſubmiſit.

Verterunt elementa fidem: ſitientibus olim
Vnda dedit potum, nunc dedit unda cibum.

Anachoreta dum cellam aquis remotis admovere propiùs cogitat, paſſus numerari, ſenſit ab Angelo.

Sæpe fatigatus lymphis procul ade ferendis,
Dum cenſos vidit præmia ferre gradus.
Longiùs inde duplo cellam removebat ab undis:
Et viſus duplo eſt jam labor iſte minor.

In avarum.

Ecce famem! loculis quia parcis, forſan ineptè:
Vis loculis melius, quàm, Philiberte, tibi.

Chriſtus flagellatus.

Sævitiem voluit reſugum damnare flagellum,
Immitemque inter mitius eſſe manum.
Sed parere manus dum noluit impia flagrum
In domini manibus protinus erubuit.

S. Benedictus in ſpinis nudus volutatus, ut libidinem extingueret.

Quas tibi ſpina dedit fervens in corpore plagas,
Non puto vulnus erant, ſed medicina tibi:

De S. Simeone Stylita.

Stans unam per luſtra premit plùs dena columnam.
Et Simeone priùs feſſa columna fuit.

De S. Niceta Martyre linguam in faciem meretri-cis exſpuente.

Diſſecuit mediam generoſo vulnere linguam,
Mox retrahit meretrix victa pudore pedem.
Dentis hic error erat, quo morſu tangere linguam
Se tactus eſt illo tacta puella fuit.

De

De Magdalena.

Dum tangit medici corpus, ſua vulnera diſcit:
Vngit, ut unguento ſana ſit ipſa ſuo.

Amor ex oculis.

Gignitur ex viſu; non ergo, Firmice, cæcus
Naſcitur, ex oculo cum generatur amor.

In uſurarium.

Vſuram pietatis opus, Ruffine, negabis?
Quando patrem uſurâ Soſibianus alit?

D. Chryſoſtomus os aureum dictus.

Aureus in vita quamvis Chryſoſtomus eſſet,
Hunc qui diligeret, nullus avarus erat.

De Catharina Senenſi.

Cingite, ait, diræ, Catharis, mea tempora, vepres:
Non mea ſerta mihi, ſed tua Chriſte decent.

In Calvum.

Quanta tibi frons ſit neſcis, iam vertice calvo,
Frons caput eſt: nulla eſt fronti adhibenda fides.

Mors ab eſcis nata.

Mors mala, mors ventris vitam ſibi ſumpſit ab eſcis,
Vis mortis vitam tollere? paſce fame.

§. 3. Vſus & imitatio.

EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

NOcte venis mediâ, fures imitaris, Jeſu,
Quaſque negant animas, clam rapis ipſe tibi.
Teſtantur fures, furtum hoc laudabile: nemo
Plura ferendo dedit, quàm rapiendo Deus.

2.

Ignis amor, veteres quondam ſenſêre Poëtæ

Digitized by Google

In te, crediderim, non fuit ignis amor.
In terram te traxit amor; petit ignis olympum:
Aut amor hic non eſt, aut gravis ignis amor.

3.

Cæcus credo fuit, cæcum qui finxit Amorem:
Nam mala cùm videas plurima, amore vides.

DE IVDA PRODITORE.

1.

Dum plùs in loculis, quàm Chriſto fidit Judas:
Qui neget hunc magnam tunc habuiſſe fidem?

2

Judas, Chriſte, tui fuerit defenſor ovilis:
Cum ſe ſuſpendit, ſuſtulit ille lupum.

3.

Non ſatis eſt, inquit, quod multi multa loquantur:
Eſt aliquid verbis jungere poſſe manus.
Dixit, & ex alta ſe ſuſtulit arbore Judas:
Exemplis, inquit credite, Chriſtus erat.
Doctores quoſdam ſimiles, ſi hæc tempora ferrent,
Turbarent Chriſti non tot ovile lupi.

4.

Creditur infernum Chriſtus voluiſſe ſubire.
Atque triumphatam morte necare necem.
Hinc memor officii Judas præcurrit; & orco
Adventum Domini nunciat ipſe ſui.

5.

Diceris in medio nil leto queſtus, Juda:
Quis te conſtanter mortem obiiſſe neget?

6.

Aurum Judæis, animam quoque debuit orco:
Reſtituit Judas omnia; juſtus erat.

7.

Digitized by Google

7.

Mortuus ipſe piè eſt, nam toto expalluit ore
Ad ſcelus, & proprium plexuit ipſe nefas.

8.

Quærere quod Judam videas ſublime ſepulchrum,
Nil mirum eſt, formæ conſulit ille ſuæ.
Ut David, ſic rufus erat; ſcelus eſſe putabat,
Si premeret pulchras ſordida terra comas.

9.

Nos animam Chriſtus propter ſe ſpernere juſſit:
Audiit hoc Judas, obſequiturque Deo.
Nam quis eum proprium ſuperaſſe negabit amorem:
Cui contempta ſui vita ſaluſque fuit.

10.

Pilato ſimilis es cum Jeſum abſolvis Juda:
Et tibi cum juſto rem ſimul eſſe negas.
Improba ſed probitas eſt ſic agnoſcere Chriſtum.
Laus foret à tanto degeneraſſe viro.

11.

Rem viſus præſtare bonam eſt Phariſæus Jesv
Indiguit, Judas vendidit; ecce pium.

12.

Deſeruit loculos, terramque, ac denique vitam
Pro Chriſto Judas religioſus homo eſt.

13.

Omnia quis Chriſto neget hunc tribuiſſe magiſtro
Diſcipulum, vitam qui dedit ipſe ſuam?

14.

Cur ventre exſpiras rupto: num ſcilicet iſtam
Spiritus impurus debuit ire viam?

Digitized by Google

FONTIS II. VENA III.

CVm rei propoſita, cauſa aut effectus alienatur, ſive cauſa datur minimè cauſa; aut effectus minimè effectus. Hæc fecundiſſima, nec illepida argutiarum vena eſt. *Aureum jure virum Epulonem dixeris, ut qui totus auro circumfluxit. Vir erat, qui cùm vivus nemini prodeſſet, ut alii gauderent, moriendum fuit. Felices Epulonis filii, quia patrem habuerunt orco dignum: miſeri futuri, ſi egens pater ad ſuperos è vita tranſiiſſet.*

§. I. Exempla Martialis.

De Pompeio & Filiis l. 5. epig. 71.

POmpeios juvenes Aſia atque Europa; ſed ipſum
Terra tegit Libyes, ſi tamen ulla tegit.
Quid mirum, toto ſi ſpargitur orbe? jacere
Uno non potuit tanta ruina loco.

Ad Pœtum l. 11. epig. 41.

Ad primum decimâ lapidem quòd venimus horâ,
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Non eſt iſta viæ, non eſt mea: ſed tua culpa,
Miſiſti mulas qui mihi, Pœte, tuas.

Quia ſcilicet tardiores Mulas habes, quàm ſim ego.

De Regulo non oppreſſo labente porticu l. 1. epig. 12.

Heu quàm penè novum porticus auſa nefas!
Nam ſubitò collapſa ruit, cùm mole ſub illa
Geſtatus bijugis Regulus iſſet equis.
Nimirum noſtras timuit fortuna querelas,
Quæ par tam magnæ non erat invidiæ.

Nunc

Digitized by Google

Nunc & damna juvant: ſunt ipſa pericula tanti.
Stantia non poterunt tecta probare Deos.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Imago S. Brunonis ad vivum expreſſa.

Sic oculos ſic Bruno manus, ſic ora ferebat,
Diſſimile in vultu nil ſinit eſſe color.
Rumperet ore ſonos etiam: ſed ſancta ſilendi
Regula compoſito non ſinit ore loqui.

In Clavium Mathematicum.

Clavius è terris cùm jam vix ſidera noſſet,
Da Deus hac propriùs cernere, dixit, obit.

Othilia cœca.

Non ſine cauſa oculos dedit illi Numen: ut eſſent,
Quos lacrymis poſſet perdere Virgo ſuis.

Martyr excitat mortuum.

Quæ tibi rapta fuit, miſero à te reddita vita eſt.
Illum vis annos vivere, credo, tuos.

In Thermum malè opes collocantem.

Omnia divitibus moriens donabat amicis,
Pauperibus nullas Thermus habebat opes.
Sed reprehenſus, ait, ſuperos imitabimur: hi dant
Omnia divitibus, pauperibuſque nihil.
At cave, Paſtor ait, ſuperi ſua præmia reddunt:
Pauperibus cœlum, divitibuſq; nihil.
Ne perdant igitur, Thermus reſpondit, olympum
Non decet, hos, inopes, ut potiantur opes.

In Calvum juvenem.

Ne tua ſit poſthac, Bithynice, cana ſenectus:
(O te felicem!) calva juventa facit.

In laudabiliter mortuum.

Quem vivus fugit, moriens non fugit honorem:

Digitized by Google

Namq; aſſecutus ille proſtratum fuit.

De Biante Philoſopho.

Omnia, *qui dixit,* mea mecum porto : *videtur*
Vxorem ſapiens non habuiſſe Bias.

De D. Magdalena ſub cruce.

Magdala ſub cruce ſtans, dic pictor cur tegit ora?
Dum tegitur, melius pingitur iſte dolor.

In ſcriptorem prolixum & ineptum.

Scripſiſti æternos, ſi fas mihi credere, libros:
Fine carent libri, principioque tui.

Homo ſpecies creatarum rerum infima.

Sit licet humanum genus inter cetera ſummum,
Iure tamen ſpecies infima dictus homo eſt.
In cœlo minima eſt hominum pars, maxima in orco:
Poſtremum humanum quis neget eſſe genus?

Cur obluctetur caro animæ?

Fallor? hic parére animabus inertia nolunt
Corpora, ſint animis quòd ſeniora ſuis?

In Garrulum.

Vox tua menſuris deſiderat è tribus unam:
Lata ſatis, nimiùm longa, profunda parum.

In eundem.

Libera lingua ſat eſt, cui tacuiſſe licet.

In delirum ſenem.

Barba tibi crevit; ceciderunt, Marce, capilli:
Inde tibi gravis eſt barba, caputque leve.

Captivus

Hic vinclis cœlebs jaceo concluſus iniquis:
Culpa patris: cœlebs noluit eſſe pater.

Flumina hauriuntur mari.

Salſa ſitim pariunt, nihil æquore, ſalſius. ergo,
Quid mirum, dulces quod bibat æquor aquas?

Malæ

Digitized by Google

Malæ vitæ concionator.

Quid murmuratis? anne magna injuria eſt,
Si ut vultis, ipſe ſic loquar, vivam ut volo?
Vobis loquelam, non meam vitam loco.

Ad Cordalum.

Cordale concordes inter nos eſſe nequimus:
Sed neque diſcordes: cor tibi nempe deeſt.

De ſoluto & ligato ſermone.

Cur magis eſt velut vinctus, quàm ſermo ſolutus?
Scilicet iſte pedes non habet: alter habet.

Italus potator.

Italus admonitus lympham ut miſceret Iaccho,
Frangeret & miti dura falerna freto.
Non, inquit, faciam, dicar periturus ab undis:
Vt falſi aſtrologi ſint, procul abſit aqua.

De S. Xaverio Veneris imagine per ſomnum objecta ſanguinem è naribus profundente.

Scis cur imbre Xaverius rubente
Perfudit venerem? procax habebat
Omnes jam Venus antea colores,
Vnum non habuit Venus ruborem.

§. 3. Uſus & imitatio

EXEMPLIS PROPRIIS

DE CHRISTO NATO.

1.

QUis noſtram te Virgo neget ſimul eſſe parentem?
Quod deerat nobis, tu paris una caput.

2.

Hoſpitio excluſus mediâ quod nocte jaceres,
Cum tam ſerò venis, culpa ea, Chriſte, tua eſt.

Digitized by Google

3.

Quid mirum eſt cœlo deſcendere ſidera, poſtquam
Aſtrorum princeps Sol petit ipſe ſolum?

4.

Quod fera te puerum foveant animalia, Chriſte,
Cauſa tua eſt; mores addidicêre tuos.

5.

Quòd neque naſcenti patuêre palatia Regum,
Lautaque non capiat divitis aula domus:
Nil mirum, quem terra nequit, quem claudere cœlũ:
Huic anguſta nimis quælibet aula fuit.

6.

Plaudite paſtores, veſtra hæc eſt gloria, Chriſtus
In ſtabulo naſci debuit, agnus erat.

7.

Cur immote jaces? nunquid quòd ab æthere lapſus
Infregit vires tanta ruina tuas?

8.

Quiſquis bella fugis, noli diffidere paci,
Hic puer eſt, quîcum pax ineunda datur.
Huic pacis bellique fuit nunc credita moles:
Debilis eſt, pacem vel petet ipſe gemens.

9.

An quo cœleſti facilè orbis ab igne flagaret,
Exceptus fuit in ſtramine noſter amor?

DE IVDA PRODITORE.

1.

Lapſus erat nuper Iudas dum quærit Ieſum,
Ne rurſus cadat, hac arbore fulcit onus.

2.

Te medium crepuiſſe ferunt; nec miror, Iudâ:

Tam

Digitized by Google

Tam magnis animis undique magna via eſt.

3.

Ægrotus nunquam, moritur quod in arbore Judas;
In medico cauſa eſt præveniente necem.

4.

Præſidium Judas ſceleri vult quærere: casu
Ne cadat, hanc laqueus præſtat, & arbor opem.

5.

Judæi cupiunt Judam defendere, Chriſtum
Accuſare: nocens hic fuit, iſte probus.
Ut virtus igitur poſſet rea criminis eſſe,
Debuit abſolvi criminis ante neſas.

6.

Hircum Judæi redolent: fuit autor Judas:
Ex ove, dum crepuit penſilis, hircus erat.

7.

Nil de illo meruit veſpillo, nec arcifer ullus:
In laqueum ſumptus fecerat ipſe ſuos.

8.

Cum moriturus erat voluit ſublime ſepulcrum,
Nec canis in buſtum meieret, inque cinim.

9.

Pauper uti vixit, pauper moriturus Judas,
In laqueo exequias vult celebrare ſuas.

10.

Quis non deploret Judæ lacrymabile funus.
Cujus ad exequias indoluere feræ?
Non homines, ſed triſte canes ululaſſe feruntur.
Veſpillo corvus, præfica pica fuit.
Cumque oculos nemo qui clauderet eſſet amicus:
Hoc etiam corvus fungitur officio.

Digitized by Google

11.

Nec terrâ Judas, nec cælo dignus habetur.
Debuit hinc exſors inter utrumque mori.

12.

Cum dare perſonæ velles accommoda cuique,
Judæis aurum das, laqueumque tibi.

13.

Vim tantam exemplis dominorum credimus eſſe:
Judas cum domino vult moriente mori.

FONTIS II. VENA IV.

Cum aliquid à moribus, legibus, conſuetudine, modo, aut ordine alienatur. Ut ſi dixeris de aula Epulonis: *probos improbis inferiores eſſe, ubi Regina pecunia regnat: famulari hic dominos, imperare ſervos: ſtultos praeſſe Sapientibus. Leges aliis ſcribere, qui ſine legibus vivunt. Temperantiam aliis inter menſas & pocula præcipere.* Copioſa hæc ruſſum vena. Unde etiam oratores non parcè hauriunt. Quæ licet non magnopere à ſecunda hujus fontis vena differre videatur, imo ſæpius in eodem ſcribendi argumento confluat, ac confundatur (ſiquidem illud à rei natura ac definitione facilè alienum erit, quod à legibus moribuſque averſum eſt: nam imperare ſervos non minùs ſervorum naturæ, quàm legibus adverſatur) Tamen quia non pauca ſunt, quæ ab alterutro, ſine altero, queant alienari, diverſis hæ venæ rivulis deducendæ videbantur. Nam quod *aliis leges ſcribant, qui vivunt ſine legibus*; res quidem ab ordine politico, præſertim Chriſtianarum Rerump. aliena eſt; verùm naturæ legislationis parum adverſatur.

§. 1. Exem-

§. 1. Exempla Martialis.

Ad Varrum in cujus cœna ſuperbum magis, quàm lautum
Lib. 4. ep. 63.

AVro, non dapibus oneratur menſa, miniſtri
   Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego: non oculos, ſed ventrem paſcere veni.
   Aut appone dapes, Varre, vel aufer opes.

De *Hermogene. L. 12. ep. 29.*

Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit unquam:
   A cœna ſemper retulit Hermogenes. *

** videlicet furto ſublatam.*

In Poſthumum. L. 2. ep. 67.

Occurris quocunque loco mihi, Poſthume, clamas
   Protinus, & prima eſt hæc tua vox: quid agis?
Hoc, ſi me decies unâ conveneris horâ,
   Dicis; habes puto tu, Poſthume, nil quod agas.

Ad amicos idem bonum cum aliis pluribus petentes.
L. 9. Ep. 42.

Demeruiſſe duos, votum eſt: offendere plures,
   Vix tutum: multis mittere dona, grave.
Quâ poſſum ſolâ veniam ratione merebor:
   Nec Stellæ turdos; nec tibi, Flacce dabo.

De Damis pugnacibus. L. 4. ep. 59.

In mortem parvis concurrere frontibus audent:
   Vis Cæſar damis parcere? mitte canes.

Ad Priſcum L. 8. ep. 12.

Uxorem quare locupletem ducere nolim,
   Quæritis? uxori nubere nolo meæ.

Digitized by Google

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Christo patienti compati.

SI neſcis, ex me rerum miracula diſce,
Pallentem Domini me facit eſſe rubens.

Poteſtas expedita.

Vis poſſe quidvis? velle quod nequis, noli.

Sui Iuris homo.

Sum meus, inde mihi videor ſatis eſſe beatus:
Non habeo famulos, Aulice, nec Dominum.

De Matre Machabæorum.

Magna parens, quis te verè neget eſſe parentem:
Qua natis, ipſo in funere, das animum?

De oculorum peccatis.

Si quoties peccant, dextri effodiantur ocelli;
Mundus in exiguo tempore luſcus erit.

De Femina laudem aſpernante.

Non quaris, ſis laude licet digniſſima, laudem:
Eſt inter laudes hac propè ſumma tuas.

D. Benno claves templi, urgente hoſte, in undas abjiciens, redux expuente piſce recipit.

Inſidias jam terra tuis ſtruat invida rebus,
Quod ſervare voles, mergere, Benno, potes.

Muſa puella D. Virginis ſpectatæ deſiderio moritur.

Magnam parvula virginem puella,
Cùm juxta attonito videret ore:
O tales, ait, ô beata tales,
O ſemper liceat videre vultus!
Et mox, ô nova res: videre cœpit,
Poſtquam vivere deſiit puella.

Mors.

Mors cujus ſit generis?

Eſt commune duûm puer inquit, ſic probo: mortem
Femina, vir fecit; femina, vir patitur.

In Aulum volucres cantantes præ muſicis amantem.

Cantantes Aulus volucres dum quæreret, illi
Muſicus oblatus dulciter accinuit.
Optima dixit avis; nimium tamen illa papaver
Abſumit; vocem, ſed ſine ventre, peto.

Chriſtus nudus in cruce.

Frigora non patior, quantumvis frigeo: namque
Quò nudus magis eſt; hoc magis ardet Amor.

De Iuſtitio.

Quid rogo, Iuſtitium eſt? quãdo, inquis Amygdale, jus nõ
Dicitur: ergo multo tempore juſtitium eſt.

De ſimili larvata.

Non te Tulla ſinis, niſi ſis larvata, videri:
Non miror, larvâ fœdior ipſa tuâ es.

Libri doctum non faciunt.

Innumeros coëmis libros, legis, Attale, nullos:
Doctior eſt domino Bibliotheca ſuo.

§. 3. Vſus & imitatio.

EXEMPLIS PROPRIIS.

Adiiciemus & in noſtra materia quædam, ut propoſitam varietatem exemplis rectius intelligas: nam epigramma primum alienat facta ab ætatis ordine, Tertium à moribus, Quintum & Sextum à modo, Nonum à legibus, Octavum à conſuetudine.

DE CHRISTO NATO.

1.

Huc age de toto ſocietur concio mundo:
Ad vos orator puſio parvus erit.
Fletibus orditur: lachrymis confirmat iiſdem,
Denique profuſis ipſe perorat aquis.
Explicat hic, quid honor? quid opes? quid cæca voluptas?
Quotque tremunt artus, tot gerit ora puer.
Auditis? quantis homines clamoribus vrget!
Nec mirum, ſummi eſt vox puer iſte Patris.

DE IVDA PRODITORE.

2.

Oſcula jam nullus tutò præbebit amanti;
Hæc poſt quam infecit perfidus ore reus.

3.

Magdalis, iratus Judas placabitur; auro
Tinge manus: oleo non eget ille tuo.

4.

Hem vos Judæi, quibus eſt dux factus Judas:
Hoc ſimul ad laqueum vos docet ire duce.

5.

Sub pedibus terrena jubet, te Chriſtus habere;
Debes nunc laqueo, quod facis iſta, tuo.

6.

Rebus in immodicis, ne ſpes malè figat Judas:
In laqueo poſuit ſpem, neque falſa fuit.

7.

Nocte trifur factus, nocte es ſuſpenſus Juda:
Indoctus fur es, laqueus tibi redditus eſſet:
Si quoties fur es, laqueus tibi redditus eſſet;
Cervice laqueos mille ferres unicâ.

5.

Si [illegible] est amor Dom[illegible] [illegible],
[illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] tempore [illegible].

FONTIS II. VENA V.

C[illegible], [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]. Pridis à tempore, [illegible] [illegible] est. Propter [illegible] [illegible], in hac, ut à priore vena, [illegible] [illegible] distinctas [illegible] [illegible]. [illegible] eadem [illegible] loci temporisque [illegible] [illegible]; unde [illegible] [illegible].

§ 1. Exempla Martialis.

Ad Linum. l. 7. ep. 95.

Bruma est, & riget horridus December,
Audes tu tamen osculo nivali
Nunc totam, Line, basiare Romam.
Hibernas, Line, basiationes
In mensem, rogo, differas Aprilem.

In Acerram. l. 1. ep. 28.

Hesterno fetere mero qui credit Acerram,
Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.

In Caecilianum ex cena [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] magnam [illegible] [illegible].

lib. 2. epig. 37.

Ullus si pudor est, repone cenam.

Cras:

Cras te Cæciliane, non vocavi. *

*Id eſt, nolo ut tu cras ea cum tuis devores, quæ ho-
die tibi appoſui.*

*In Sextum Amicum ſua debita numerantem, ne quid
Martialis rogaret. l. 2. ep. 36.*

Durum eſt, Sexte, negare, cùm rogaris:
Quantò durius, antequam rogeris!

Scorpi epitaphium. l. 10. ep. 48.

Ille ego ſum Scorpus clamoſi gloria Circi,
Plauſus Roma tui, deliciæque breves.
Invida quem Lacheſis, raptum trieteride nonâ,
Dum numerat palmas credidit eſſe ſenem.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

In potatores Principes.

*Rubere dignum eſt, ipſa nam rubet fama,
Potare quoſdam nocte Principes totâ,
Dormire luce. O Principes tenebrarum!*

Prudens ventura conſiderat.

*Quiſquis es, ô prudens, Ianum ſectare bifrontem;
Sunt ora atque oculi tergo adhibenda tibi.*

Chriſtus natus.

*Quâ nocte enituit Sol qui dat lumina Soli.
Illa poteſt cunctos nox ſuperare dies.*

In Flavium Domitianum, in Capitolium metu
fugientem.

*Imbellem ne crede ducem; capitolia ſcandit;
Quod vincendo nequit, hoc fugiendo facit.*

De eodem

*Egregius bellator erat; ſed bella theatro
Intulit; in campo maluit aſpicere.*

De

De Divo Joanne Chryſoſtomo.

Expulſus patriâ, patriamque relinquere iuſſus
Exilium in patria, patriam in exilio.

De S. Nazario.

Ipſe calcat aquas, [illegible] in [illegible]
Vir [illegible] oceano, [illegible] gratia.

De Amante.

Vror amore miſer, tantique potentia [illegible]:
Quaero, quis me urat, longè ignis abeſt.

§ 3. Vſus & imitatio
EXEMPLIS PROPRIIS
DE CHRISTO NATO.

1.

NUnc tandem è cælo veteres migrare coloni:
Quum Deus ad terram tranſit, Olympus erit.

2.

Neſcio quæ toto cerni lux poſſit in orbe,
In ſtabulo poſtquam Cynthia Solque latent.

3.

Sidera nunc credo meritorum expectent poſtquam
Ipſe Deus ſtabulorum, quo mereantur, adit.

4.

Cùm Deus in terras nuper conceſſit ab aſtris:
Mille alii terris nunc abiere Dii.
Nullus abire tamen viſus: ſed Numine plena
Mille alios tellus credita ferre Deos.

5.

Cur intempeſta noctis diſcurris in umbra
Hoſpitio nondum Virgo recepta tuo?
Forſitan a terram decuit ſub nocte vagari,
Cum medias oriens ſurgeret in tenebras.

6.

6.

Frigore nil lædor, Boreæ non ſentio flatus;
Dum meus in medio frigore fervet amor.

7.

Non poteras aliter medio quàm noctis oriri
Cynthie, quod nullus ſtaret in orbe dies.

DE IVDA PRODITORE.

1.

Si cor theſauruſque unà junguntur avari:
In loculis tantùm cor tibi, ſtulte, fuit.

2.

Nullum te memorent cordis ſenſiſſe dolorem:
Nam tibi cor nullum, cùm morerere fuit.

3.

Nô primùm hoc moritur laqueo: nã mortuus antè eſt.
Dum caput ad mortem tradidit ipſe ſuum.

4.

Fur nulli dicendus eras, niſi nocte venires:
In mediis tenebris te patet eſſe ſcelus.

5.

Quod tantum Judas audet patrare, corona eſt
Debita; ſed collo danda corona tuo.

FONTIS II. VENA VI.

Cum res à ſenſu ac ſignificatione uſitata alienatur: aut etiam, quod elegantius eſt, ſic alienata cauſa, effectus, proprietates, aut circumſtantia aliena ratione iſtius ſignificationis tribuuntur. Cùm dico: *Vſitato ſenſu*, non tantùm proprium, naturalem; Sed & metaphoricum & moralem, obvium ſcilicet, atque idcirco uſitatum, intelligo, ab his enim niſi alienetur nihil præter exſpectationem adfert, quod ſi tamen cauſæ, effectus, proprietates, aut adjuncta præter opinionem

pinionem addantur, ſenſus metaphoricus aut mora-
lis obvius eſſe poterit.

§. 1. Exempla Martialis.

Per metaphoras non rarò ſignificatum rei proprium alienatur.

Vt de Stella Poëta. lib. 5. ep. 11.

Multas in digitis, plures in carmine gemmas
 Invenies; inde eſt hæc puto culta manus.

In luſcum potatorem.

Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

In Charinum Calvum. l. 12. ep. 72.

Quod lanâ caput alligas Charine:
 Non aures * tibi, ſed dolent capilli.

** nimirum amiſſi.*

In Phœbum. lib. 12. ep. 36.

Hœdinâ tibi pelle contegenti
Nudæ tempora, verticemque calvæ,
Feſtivè tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit caput eſſe calceatum.

Ad Tuccam. l. 1. ep. 18.

Quid te Tucca juvat vetulo miſcere falerno
 In vaticanis condita muſta cadis?
Quid tantum fecère boni tibi peſſima vina,
 Aut quid fecerunt optima vina mali?
Convivæ meruere tui fortaſſe perire;
 Amphora non meruit tam pretioſa mori.

Per allegorias etiam ac hyperboles ſenſus quandoque opportunè alienatur.

Ad Marullum. l. 5. ep. 74. per allegoricum.

Narratur bellè quidam dixiſſe, Marulle,
 Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

De

De piſcibus ſculptis. l. 3. ep. 27. hyperbolicum.

Artis Phidiacæ toreuma clarum
Piſces aſpicis: adde aquam, natabunt.

Denique morali ſenſu parum obvio à naturali alienatur.

Ad Neſtorem. lib. 3. ep. 22.

Auriculam Mario graviter miraris olere:
Tu facis hoc; garris, Neſtor, in auriculam.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Tres hominis hoſtes.

Unum Grammaticum Logicumque & Rhetora vita
Hos modò vitaris, cetera tutus eris.
Quis Rhetor? mundus fallax; Logicus? cacodæmon.
Semper declinans eſt caro Grammaticus.

De adoleſcentibus Romani Seminarii.

O flores Romæ, ſi ſic adoleſcitis: annon
Implenda eſt veſtris fructibus Italia?

In ebrium Appium.

In niveis, Appi, jam regnat bruma capillis:
Inque oculis ſemper vino flammantibus æſtas:
Baccifer autumnus pingit naſumque, genaſque:
Cumque bibit, florum dulce illi ad tempora ver eſt.
Sic potans totum in vultu gerit, Appius, annum.

In ebrium ganeonem.

Nunquidnam oppoſito ſentis te Virginis ortum,
Sub amphora vel piſcibus?

Hæretici colunt parentes

Scindunt vomere ſancta templa, ſulcant
Cœmeteria; ſic colunt parentes.

Hæreticus.

Hic ſibi Papiſtas, nuper dum pocula ſiccat,

Sub pedibus cunctos voluit habere ſuis.
Non æqua orantem, Deus audiit auribus æquis.
Nunc celsâ pendet de trabe; nunquid habet?

De Homero Scriptore cæco.

Si vera eſt, de te quæ fertur fabula, nunquam
Vidiſti lucem; ſed tua ſcripta vident.

Mus Epigrammata voravit.

Quid eſſe grande dixeris
Epigramma? bis decem mihi
Voravit una ſyllaba *
** nempe monoſyllabicum mus eſt.*

De S. Ignatio.

Qui circum Ignati miratur tempora flammam,
Miratur flammam, credo, quod ignis habet.

Ad B. Virginem.

Sopiti bona claude parens duo ſidera nati:
Orbis habet ſoles, te vigilante, duos.

S. Monica D. Auguſtini converſionem à Deo ſuis lacrymis impetravit.

Iam pariant uteris alia ſua pignora matres;
Pignora dum lacrymis ſint ita parta meis.

Parcè dandum credendumque hoc tempore.

Magnus amor tuus eſt, ſi multum hoc tempore dones:
Si multum credas, eſt tua magna fides.

In Regicidam.

Qualibet abſcindi pars corporis ægra jubetur:
Excipiunt Medici Theologique caput.

Orbis inconſtantia.

Vſque licet cælum moveatur, conſtat; at orbis
Sit licet immotus, errat in orbe tamen.

De eadem ad Lunam.

Te maris appellant undoſi, Cynthia ſtellam:

Nunc

Digitized by Google

Nunc terram, potiùs, quàm mare luna regit.

In lacrymantem præ ira.

Sunt ſibi diſcordes, exercent vim tamen ambo,
In me concordes ignis & unda, ſuam.

Ad imperitum oratorem.

Quis neget orando populum te, Flacce, movere;
Orantem quando concio tota fugit?

In contentioſum hiſtoricum.

Prælia tu ſolus vis noſſe, aliosque refutas.
Mille tibi pugnas pugna vel una parit.

In rudem Oſmium aureum vellus ab Hiſpano petentem.

A Rege exſpectas auratum vellus Ibero:
Fruſtra, Oſmi: quorſum eſt, mittere vellus ovi?

Humili loco natus.

Mater erat netrix; pater in mare retia miſit:
Hinc tua condecorat linea longa genus.

Diogenes Herculis ſtatuâ igni adhibitâ lentes coquit.

O bone biſſenis, ait, olim exercite monſtris,
Lens decimus debet tertius eſſe labor.
Omnibus in monſtris ſudaveris, inquit, in iſta
Te ſudare tamen plus ego lente velim.
Lerna quid Alcidæ, quid cetera monſtra dediſtis?
Clarior à victis lentibus ille fuit.

Ad podagricum Aulum.

Difficile eſt podagræ obluctari: namque doloſa
Luctatrix primùm corripit, Aule, pedes.

Vinum, Cerviſia.

Laudatur vinum ſimplex, cerviſia duplex?
Eſt bona duplicitas, ſimplicitas melior.

De

Digitized by Google

De S. Sophia, quæ Fidem, Spem, & Charitatem filias habuit.

Te Sophiam viciſſe Sophos nos credimus omnes.
Cur? quia virtutum cerneris eſſe parens.

Filius immorigerus.

Moribus indignus puer & ſine fruge, parenti
Defunctus: mediis eſt tumulatus agris.
Hic, inquit, jaceat, dignum qui reddere vivus
Non voluit fructum, mortuus iſte ferat.

In Cleombrotum.

In medias præceps ſeſe intulit improbus undas;
Curarum ut fluctus fluctibus obrueret.

Amator deſperans ſe ſuſpendit.

Iam dudum laqueis ſævi irretitus amoris,
Rumperet ut laqueos, incidit in laqueum.

§. 3. Vſus & imitatio EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

I.

CUr lateat quæris? theſaurus credo Tonantis
Obſcuris tenebris defodiendus erat.

2.

Informes fuimus ſine membro principe partes;
Dum caput acceſſit, tunc data forma fuit.

3.

Nil caſtum Sanctumque loqui conſueverat orbis:
Cœpimus iſta loqui vox ubi miſſa fuit.

4.

Sæpe licet fuſis lacrymis puer irriget ora,
Sæpe tamen blandis riſibus apta gerit.

Quos

Digitized by Google

Quos modò telluris fructus ſperare licebit,
Cùm pluit hoc cœlum, ſol micat iſte ſolo?

5.

Qui fluit ex geminis Chriſto ignis, & imber ocellis:
Plumbea corda liquat, terrea corda rigat.

6.

Dic ubi nativi color eſt, ô floſcule, vultus
Cur rigidæ malas opperuêre nives?
An, quòd bruma furit, latitas in ſemine floris?
Florebis verno, cùm petis aſtra die?

7.

Cur ita nude jaces? cur te mala frigora lædunt?
Hæccine ſunt ſpinæ, floſcule parve tuæ?

DE IVDA PRODITORE.

1.

Baſia fixiſti Juda: ſed Chriſtus aceto
Diluit: has ſordes ſic bene, Chriſte, lavas.

2.

Quo tendis facibus? tibi num funebria luces:
Ne quis contendat te, ſine luce, mori?

3.

Non potuit cælis animos extollere Judas:
Extulit (hoc potuit) corpus in aſtra ſuum.

4.

Vitâ tibi Chriſtus fuerat; cùm venditus eſſet,
Vita debebas ipſe carere tuâ.

5.

Dum ſcelus hoc ultrà tellus perferre recuſat,
Præbuit huic ramos arbor amica ſuos.

6.

Diſcipulos Chriſti Judas ſupereminet omnes
Altior; hoc laqueo debuit ipſe ſuò.

7.

7.

Inſidias capiti cum jam ſtruxiſſet Judas:
Vix potuit collo parcere, proximum erat.

8.

Quod caput antè ſuum Judas malè vendidit amens,
Creditur in laqueo non habuiſſe caput.

9.

Non opus eſt ſaxum morienti ponere Judæ:
Totus adhuc vivens ſaxeus ipſe fuit.

10.

Non eadem Chriſto ſervit, medicinaque Judæ:
Ille pedes ungi poſtulat, ille manus.

Hic ſons quamvis per omnes Rhetorum locos, aut logicorum prædicamenta deduci poſſit; tamen aut ex his, aut aliorum fontium venis ea ferè, quæ aliquod ad argutiam momentum adferunt, erues. Illud tantum obiter moneo: alienationes circa res propoſitas, non in verbis tantùm ac ſententiis, ſed in litteris ac ſyllabis etiam fieri poſſe. Sic muſicæ notis *fa, mi, re*, ſignificatione Italica alienatis dices, *fac me Regem*. Ita has litteras. A. F. P. R. id eſt, *Actum Fide Publii Rutilii*, Cannius apud Cicer. 2. de orat. argutè alienavit, hoc modo *Æmilius fecit, Plectitur Rutilius*.

Illud denique animadvertendum, nonnunquam eleganter cauſam aut originem alienationis, unde maximam illa habet gratiam, reticeri. ut Mart. lib. 10. ep. 8. fecit.

Nubere Paula cupit nobis; ego ducere Paulam
Nolo, anus eſt; vellem, ſi magis eſſet anus.

Quod epigramma ex fontis 2. vena 4. argutiam habet, cùm magis anum optet, ut ducat. Videlicet mortuæ hereditatem magis, quàm vivæ nuptias ambire.

E inge-

ingenioſè conticuit, quam ſanè diſſimulationem, præſertim in re minùs honeſtâ; non inſcitè imitabimur. Huc & illud ſpectat. l. 10. ep. 52. de Poëta dictum.

Nil eſt ſecurius malo Poëta.

Quia ſcilicet periculum non eſt, ne quis ſua illi carmina ſuffuretur. Sed de hoc fonte ſatis.

CAPUT V. FONS III.

Comparatorum, vel per ſe, vel ratione proprietatis, effectus, aut concluſionis deducta exſpectationem fallentium.

FOntem tertium, aperimus, qui non modò Epigrammaticæ, ſed & Symbolographicæ arti uberem ſuavemque copiam ſufficit, ut ſuo magis loco conſtabit. Nunc Epigrammaticam ſolùm argutiam ſectamur. At ne quævis comparata uſitato more tractata, huic idonea ſubtilitati exiſtimet, aut ea rara eſſe neceſſe eſt; aut ſi obvia ſint, proprietate aliqua, vel effectu inexſpectato rei conjungenda, aut denique oppoſitione vel alienatione quapiam condienda, quæ explicatiùs ex ſingulis eorum venis percipies. Comparatorum verò nomine non ſimilia tantùm, ſed & exempla, factaque accipimus, modò cum aliis conferantur.

FONTIS III. VENA I.

C*Vm res in ſpeciem diverſa ſimilitudine aliquâ minus exſpectatâ & obviâ inter ſe comparantur, aut certè cùm ad rerum diverſarum comparationem aliquid inopinatum tanquam cauſa, effectus, aut proprietas adjungitur, quo ſimilitudo ſtabilitur.* Prioris exemplum erit: *Epulonem apem quidem diceres, ſed quæ ſibi tantùm mellificaret:* Vel ſi aſſeras, *nil apis habuiſſe ſimile, niſi quod*

aculeum

acidum gereret. Argutiſſimum illud hic eſt ſimilitudinum genus, quo loco rationis aut reſponſionis utimur; cùm aliud à re quàm loquimur, diverſum ſignificamus. Sic P. Antonius Stratius non contemnendus hujus ævi Epigrammaticus Beſſalo roganti, *quæ beneficia nobili Camœnæ ſatis hoc exiſtimaret tempore ingenium reſponderit.*

————————Sponſa marito.

Cui non una ſatis, Beſſale, nulla ſatis.

Nec minus elegantiæ habet illud, quod oppoſitionem comparationi veluti geminatæ permiſcet. Cujus idem exemplum præclarum adhibet de Attalo.

Miles es, & malus es; bonus es tamen Attale miles.
Miles enim ut canis eſt: qui malus, ille bonus.

Poſterioris exemplum, quo inopinatum aliquid comparatis adjungitur ſuppeditat Auſonius in Epig.

Rhetoris hæc Rufi ſtatua eſt: ſi ſaxea, vera eſt.
Cur id ait? ſemper ſaxeus ille fuit.

Quamvis comparationum maxima ſit copia; quæ tamen Epigrammatis vim atque acumen aſſequantur, non perinde multa ſunt. Proverbia verò argutiora pleraque, tum & ſymbola ferè omnia ex hac vena promanarint: ut alibi videbimus.

§. 1. Exempla Martialis.

Ad Severum. lib. 7. epig. 23.

Quo poſſit fieri modo, Severe,
Ut vir peſſimus omnium Charinus
Unam rem bene fecerit, requiris?
Dicam, ſed cito. Quid Nerone pejus?
Thermis quid melius Neronianis?

Parcè nobis ex hoc fonte Martialis præbibit; quæ circa alios nunc ſolertius explorabimus,

Digitized by Google

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Aſinus humanâ voce.

Non ego te quemvis Aſinum voco, Mome; ſed illum,
*Cujus erat ſeſſor Pſeudopropheta Balam**

**Cujus aſina humana voce locuta eſt.*

In Philoſophum imperitum.

Per incerta ſoles probare certa.
Cùm dies calet, exeamus oro:
Oſtendam tibi Cynthium lucernâ.

Sol & Amor.

Sol fugitur præſens, idemque requiritur abſens:
Quàm ſimilis ſoli eſt Nævole noſter amor?

Rex, Grex. & lex.

Rex paſtor, populique greges, ſunt pabula leges.

Æger & Curioſus.

Plurima deguſtat ſtomachus, nil concoquit æger,
Sic tu: ſcis igitur multa, nihilque ſapis.

Navis & Avis.

Puppis cauda, carinaque venter, proraque roſtrum,
Velaque ſunt alæ, totaque navis avis.

Tellus & Animal.

Telluris lapides ſunt oſſa metallaque nervi,
Pellis cruſta, pili gramina, ſanguis aqua.

Homo & humus.

Eſt homo, ſic ut humus, ſupra ſe tollitur ipſum:
Monte ſuperbit homo; Monte ſuperbit humus.

Mendacium, fictum, pictum, dictum.

Sculptorum eſt mendacia fingere, pingere munus
Pictorum eſt: cujus dicere? Tulle tuum?

Fluvius homo, mare mors.

Ingreſſis pelagus ſuper amnibus omnibus idem.

Mor

Mors omnes homines æquat, ut æquor aquas.

Homo & bos victima.

Naſcitur in certam miſerandus homuncio mortem:
Et manet in campo bos, ut edatur, edit.

Quod propius nobis, hoc majus videtur.

Proxima quòd nobis ſit, maxima luna videtur;
Sic video minimum maximum eſſe mihi.

Sol & Fides una.

Vna fides, velut una dies illuminat orbem.
Vnus ut in cælo Sol, & in orbe Deus.

Facundus Fecundus.

Facundus non eſt qui multa, at qui bene dicit;
Vt non fecundus, qui mala gignit ager.

Lis & Lex.

Lis generat leges, legum lis filia: utrique
Non ſine lite ſolet, non ſine lege poteſt.

Non lib is ſed & ſtudio opus.

Emptis quòd libris tibi bibliotheca referta eſt:
Doctum, & Grammaticum te Philomuſe, putas.
Hoc genere, & chordas, & plectra, & barbita conde,
Omnia mercatus, cras Citharœdus eris.

S. Xaverius in tempeſtatibus funibus nauticis incumbens.

Cùm duro ſuper incubans rudenti,
Plus fallit prece, quam ſopore noctem.
In tuto ratis eſt, habetque funis
Anchorarius Anchoram fidelem.

D. Catharina Senenſis ſpineam coronam eligit.

Non mirum eſt, ſpinas quòd ames, Catharina, ſequeris:
Nam roſa ſub ſpinis optima quæque latet.

In avarum.

Quod bene ſerves opes laudas, Maniane, Camillum.

Scrinia laudari, ſic Marianè ſolent.

In Bibliothecæ catenatæ poſſeſſores.

Haud ſecùs ac duro fugitivos carcere ſervat
Veſtra catenatos Bibliotheca libros.
Quid mirum ſi nulla viget doctrina, colendi
Doctrinæ auctores hic ubi vincla gerunt.

D. Virgo Gratiarum mare.

Eſt locus in terris, liquor in quem puppifer omnis
Confluit, & laticum quidquid ubique natat:
Eſt, in quam virtus & gratia confluit omnis,
Et dia dotes: hæc Maria, hæc Maria.

Mors & Lanii.

Mors niſi mactaret juvenes, laniique juvencos:
Omnia ſtultorum plena boumque forent.

Fiſcus opes, ut viſcus aves captat.

Ut viſco capiuntur aves (fiſcus quaſi viſcus
Dicitur) à fiſco ſic capiuntur opes.

Vita noſtra, ut ſermo varius eſt.

Vita quòque ornatur variis, ut lingua, figuris;
Vita figurata eſt: vivimus, ac loquimur.

In avarum inſatiabilem.

Materia fertur res ipſa ſimillima primæ;
Hæc formas omnes appetit, Aulus opes.

In Claudum.

Claudicat, & ſemper titubat pede Pontius uno:
Hexametrum ingreſſu Pentametrumque refert.

Juriſconſulti & medici aliorum damnis proficiunt.

Juriſconſultorum idem ſtatus & Medicorum.
Damnis quippe licito ſunt aliena lucro.
Hi morbis ægrorum, ægrorum litibus illi
Dant patienter opem, dum patiantur opes.

Morus

Mórus ad Gallum.

Vatibus idem animuſque & verè Spiritus idem
Qui fuit antiquis eſt modò, Galle, tibi.
Carmina namque eadem verſuſque frequenter eoſdem:
Quos fecere illi, tu quoque Galle facis.

In quæſtorem ſordidum.

Mente Midas, facie Therſites, munere Quæſtor;
Re Verres, animo Sardanapalus iners.

§. 3. Vſus & Imitatio EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

1.

Hunc quòd ſuſtineat, mirum eſt, qui ſuſtinet orbem:
Et quòd portantem fœmina, onuſque ferat.
Sed niſi me fallit, ſententia pondera non ſunt.
Hoc Chriſtus matri eſt, quod ſua vela rati.

2.

Ante fuit ſolus, ſol nunc geminatur in orbe:
Nunc animis; oculis vidimus antè diem.

3.

In mediis Chriſtus tenebris illabitur orbi;
Diſcutit mediam luce vehente diem.
Nec mirum ſoli ſimilis deſcenderat antè:
Ut primùm aſcendit, lux fuit orta polo.

4.

Flet mala noſtra puer; puero quandoque viciſſim
Aggemimus, nullum lacryma pondus habet.
Multa dedit promiſſa puer; ſed inania verba
Reddimus heu! Echo nil niſi vana ſumus.

DE IVDA PRODITORE.

Ut lupus agnello, Judas dedit oſcula Chriſto.

 Leproſi

Digitized by Google

2.

Leproſi metuenda domus corrupit Judam,
Hic contracta prius criminis iſta lepra eſt.
Turpis avaritia, & lucri ſcabioſa libido
Polluit unguentum ſordibus una ſuis.
Quid mirum? perit unguenti Scarabæus odore:
Sordida cui fimi ſtercora, paſtus erant.

3.

Ex ligno Dominus, ligno ſuſpenſus, Juda es.
Quis Domino ſimilem te neget ergo mori?

4.

Haſtenus in teneras notum eſt ſæviſſe bidentes.
Et crudos ſtabulis imminuiſſe lupos.
Cùm tamen in proprios Judas malè ſævit [illegible]
Triſte lupos fatum vidimus eſſe lupis.

5.

Diogenem memorant, Solem quæſiſſe lucernâ:
Diogenem vidit nunc tua Chriſte Schola.

FONTIS II. VENA III.

C*Um inter illa, quæ præ ſe ferunt, vel ferre ſimilitudinem paritatemve creduntur, præfertur id, aut poſtponitur, quod præferendum vulgo, aut poſtponendum non videtur*: ut ſi de Epulone dicas. *Cùm nihil homini ſimilius quam homo eſſet, canes tamen, quam hominem, paſcere maluit: nec mirum, cùm is qui ventri ſerviret, beſtiæ quàm homini eſſet propior.*

§. I. Exempla Martialis.

Non infecundus ex hac vena fluit Martialis.

In Amphit. Ad Cæſarem epig. 5.

PRoſtratum Nemees, & vaſtâ mole, leonem,
Nobile, & Herculeum fama canebat opus.

Priſca

Priſca fides taceat: nam poſt tua munera, Cæſar,
Hæc jam fœmineâ cernimus acta manu.

Ad Maximum de columba Stellæ. lib. 1. epig. 8.

Stellæ delicium mei columba
Vincit, Maxime, paſſerem Catulli.
Tanto Stella meus tuo Catullo,
Quantò paſſere major eſt columba.

Thais & Lecania comparantur. lib. 5. epig. 44.

Thais habet nigros, niveos Lecania dentes.
Quæ ratio eſt? emptos hæc habet, illa ſuos.

De pluribus uxorum morte. lib. 10. Epig. 43.

Septima jam Phileros tibi conditur uxor in agro.
* Plus nulli, Phileros, quàm tibi reddit ager.
* *Quia ſingulas uxores [illegible]*

Ad Decianum. lib. 1. epig. 8.

Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam,
Hunc volo laudari, qui ſine morte poteſt.

De vipera electro incluſa. lib. 4. epig. 46.

Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulchro,
Vipera ſi tumulo nobiliore jacet.

De hortis Marcellæ munere. lib. 12. epig. 27.

Has Marcella domos parvaque regna dedit.
Si mihi Nauſicae patrios concederet hortos,
Alcinoo poſſem dicere, malo meos.

De ſutore heredè ſui patroni facto. lib. 9. epig. 60.

Frange leves calamos, & ſcinde Thalia libellos,
Si dare ſutori calceus iſta poteſt. *
* *Quia plus audientiæ ex patrono, quàm ex libris [illegible]*

In Lebullum. lib. 12. epig. 30.

Non es, crede mihi, bonus: quid ergo?
Ut verum loquar, optimus malorum.

Digitized by Google

De Cæſaris aula magnifica. lib. 8. epig. 36.

Hæc auguſta tamen quæ vertice ſidera pulſat,
Par domus eſt cœlo, ſed minor eſt Domino.

Ad Cæſarem. lib. 11. epig. 5.

Tanta tibi eſt recti reverentia Cæſar & æqui,
Quanta Numæ fuerat, ſed Numa pauper erat.
Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores,
Et cum tot Cræſos viceris, eſſe Numam.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Carmina & flumen.

Volvuntur ſateor leni tua carmina lapſu,
Sed tamen nollet dicere Naſo ſua.
Leniter illa fluit, fluit hic quoque leniter unda;
Hæc guſtata tamen deſipit, illa ſapit.

Sol, Luna, & Mars.

Verace Hebræus paginâ refert Ioſue:
Stetiſſe ſolitò diutius duplo ſolem,
Fuiſſeque ideò duplicem diem ſolis,
Cùm victor hoſtes ipſa tradidit letho.
Nugace Græci fabulâ canunt vates,
Stetiſſe ſolito duplo diutius Lunam,
Fuiſſeque ideò duplicem diem Lunæ,
Quando Herculem ex Iove Alcmena concepit.
Exſuperat ætas noſtra. Quod videt monſtrum?
Multos per annos habuimus diem Martis.

Aſinus Bethlemiticus.

Iam ſcio me laudas, & equi tua nomine donas:
Nolo; plus aſinum eſt eſſe Tonantis heri.

Luſitanus in obſidione dente pro glande eſt uſus.

Prælia ne præfer noſtris Sampſonia; Sampſon

Maxilla

Maxillâ, noſtri prælia dente gerunt.

In Cinnam Ulyſſis nomen uſurpantem.

Cinna vetus reicit, nomenque uſurpat Vlyſſis:
Territa mutato Circe in Vlyſſe fuit.
Et ſociis verſis, inquit, quis ſervat Vlyſſem?
Hunc ſolum nequeo vertere, Cinna poteſt.

Dives & Pauper.

Auro Dives eget; cereali munere pauper;
Sed cum egeant ambo pauper egens minus eſt.

Mors & fures.

Reſtituunt furtum fures; vi rapta latrones:
Omnia mors aufert, reſtituitque nihil.

Optimus belli Imperator.

Caſtra locare fuit Pyrrhi, Fabiiqùe morari,
Marcelli proprium eſt conſeruiſſe manus.
Tu caſtriſque moràque haſtem ac certamine ſtringis;
Atque trium quod erat, tu tibi ſolus habes.

Ætas parentum pejor avis.

Pejores Patribus ſumus, ut majoribus illi;
Pejus erit noſtrâ poſteritate nihil.

Sol cetera ſidera vincit.

Sit nox centoculo, quamvis oculatior Argo;
Plus uno cernit lumine luſca dies.

Sol & Luna vir & femina.

Eccliſin rarò patitur Sol; Luna frequenter;
Eſt magis ad lapſum femina prona viro.

§. 3. Vſus & imitatio EXEMPLIS PROPRIIS.

ET mihi quoque in hac re laborandum fuit, ut exemplis majorem hinc ſcripturo fecundi-

tatem ſufficerem, cùm plerique hac ex vena parcè propinent.

DE CHRISTO NATO.

Lætior ut fieres, cœpit puer iſt dolere:
In lacrymis pro te ſorduit ille ſuis.
Abluit hæc maculas animorum lacryma, nævos
Tam bene quæ tergat ſpongia nulla fuit.

2.

Crebra ſuis quondam mactata eſt victima cœlis,
Sed data pro terris victima nulla fuit.
Vos veteres modò ſacrifici gaudete, quòd Agnus
Unus pro centum redditus iſte ſolo eſt.

3.

Cedite mille Dij, veteres migrate coloni,
Nunc omnem in cunis occupat ille locum.
Cede Venus Cypro, ſpolietur Apolline Delos,
Cretaque quem coluit, neſciat illa Jovem;
Tuque etiam Romana Deos urbs pelle colonos:
Unus præ cunctis eſt puer iſte Diis.

4.

Atlantis cœlos humeris ſtupefacta vetuſtas
Impoſuit, nulli par onus eſſe rata.
Grandius hac aliquid viderunt mole Nepotes,
Femina latorem cùm tulit una poli.

5.

Cùm novus in mundum Phœbus dilabitur aſtris,
Alter ad oppoſitos ceſſerat Antipodas.
Non bene conveniunt, ſol & Rex ſede ſub una,
Sol totus maneat, Rex, ſine Rege, regat.

6.

Odiſſem noctem, mea lux, niſi nocte venires:
Nunc mihi præ quovis nox placet illa die.

Lux fuit abſque die, quæcunque hac nocte carebat:
Quæ tulit hanc lucem nox ſine nocte fuit.

7.

Ut cœlum fieret, telluſque, elementaque mundi.
Ut fierent, Fiat, vox ſatis una Dei eſt.
Nunc fit homo Deus, ô nimis admirabile verbum!
Ut fieret, Fiat, vox ſatis una hominis.
Dicite Mortales Immortaleſque: quid hoc eſt?
Pluſne hominis potuit vox ea, voce Dei?

8.

Quid mihi cum Phœbo eſt? ſatis hic ſol dimovet um-(bras.
Quid mihi cum ſtellis? lux ſatis una mihi.
Illa micent oculis; animis ſubſerviet iſta.
Pro geminis oculis mens erit una mihi.

9.

Qui tulit incluſas ſub Apolline Principe Muſas
Annulus, hic cunctis, Pyrrhe, ſtupendus erat.
Et nux, Iliadem primi quæ parva Poëtæ
Strinxerat anguſto cortice, rara fuit.
Aſt ubi vile capit tantum præſepe Tonantem:
Annulus hic nihil eſt, nux iſta nihil.

DE JUDA PRODITORE.

1.

Viciſti reliquos tu ſolus Apoſtolus omnes:
Libera quæ nulli mors fuit, una tibi eſt.

2.

Illotis Judas pedibus non ivit ad orcum,
Præſtitit obſequiis hoc Deus ipſe ſuis.
Sæpe parentatum eſt multis heroibus: iſto
Exemplo Judæ nemo ſecundus erit.

3.

Depoſuit Judas ſpem jam moriturus, an omnem

Ante

Ante ſuam hic mortem fortè beatus erat?
Spem nec habent ſuperi, nec Iudas: vincit Judas,
Hic vivens caruit ſpe, moienſque caret.

FONTIS III. VENA III.

Cum vel inter res ſimiles diſſimilis effectus, aut proprietas oſtenditur, vel inter diſſimiles ſimilis, quorum alterutrum fit, ſi res cum oppoſitione inter ſe comparentur. Ut ſi de Lazaro & Epulone dixeris, *cùm ſit uterque homo, nihil tamen iſte humanum deformi atque exulcerato in corpore, nihil hic in mente ſordida atque avara habuit: ille corpore, hic anima degenerabat: ille non abſque virtute, hic non ſine vitio.* Vel (ut poſterioris membri exemplum habeas). *Hic affluebat opibus, ille inopia premebatur, ſed tamen uterque miſer: hic quod uti bonis neſciret, ille quod non poſſet.*

§. I. Exempla Martialis.

Ad Conjuges, lib. 8. ep. 35.

Cùm ſitis ſimiles pareſque vitâ,
Uxor peſſima, peſſimus maritus:
Miror non bene convenire vobis.

Ad Æliam. l. 1. Ep. 19.

Si memini fuerant tibi quatuor, Ælia, dentes:
Expuit una duos tuſſis & una duos.
Jam ſecura potes totis tuſſire diebus:
Nil, tibi quod tollat, tertia tuſſis habet.

Ad effrontem. lib. 12. epig. 76.

Os atavi, patrui naſum, duo lumina patris
Diceris, & geſtus matris habere tuæ.
Cùm referas priſcos, nullamque in corpore patrem,
Mentiris, frontem dic mihi cujus habeas?

Poſterioris

Poſterioris membri exemplum habes. lib. 10. epig. 21.

Polycleti ſtatua.

Junonem, Polyclete, ſuam niſi frater amaret,
Junonem poterat frater amare tuam.

In amphit. de urſo. Epig. 10.

Præceps ſanguineâ dum ſe rotat urſus arenâ,
Implicitam viſco perdidit ille fugam.
Splendida jam tecto ceſſent venabula ferro,
Si captaro feras aucupis arte licet.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

ANimadvertes, opinor, ex recentium magis autorum exemplis hanc venam ſuavis elegantiæ, & urbanæ feſtivitatis plenam eſſe, adeoque in ceteris comparatorum venis eminere.

Echo ſpeculum.

Nil habet, ut vivat, ſi vocem exceperit, Echo:
Vt vivat ſpeculum non niſi voce caret.

Improbus Claudius in libertate; & probus Linus ſub diſciplina.

Nil niſi velle deeſt, bonus ut ſis, improbe Claudi,
Improbus ut Line ſis, nil niſi poſſe deeſt.

Cibus & medicina.

Sumpta, cibus tanquam, lædit medicina ſalutem,
At ſumptus prodeſt, ut medicina, cibus.

De virtutibus muliebri, & ventis virili facie pictis.

Maſcula quod virtus muliebri pingitur ore,
Quodq; leves venti maſcula ora gerunt,
Fœmina ne jactet: namq; hæc, ut multa fuerunt
Dicta per antiphraſin, picta per antiphraſin.

Speculum & formoſa.

Es pulchra in ſpeculo, pulchra, ut perituræ: memento
Quam ſpeculo ſimilis ſit, Carolina, tibi.

Sol

Sol & homo.

Solſtitium vitæ mors eſt ſol ſtare videtur:
Non ſtat; homoq; mori. Pontice: non moritur.

Fiſcus, æquor.

Influit in fiſcum collecta pecunia, ſicut
Vndique flumineas imbibit æquor aquas.
Effluit ex fiſco diſperſa pecunia; ſicut
Æquoris in fontes verſa recurrit aqua.

Vita flumen.

Ad mortem ſic vita fluit, velut ad mare flumen:
Vivere nam res eſt dulcis, amara mori.

Principio & fine amor diſſidet.

Principium dulce eſt: at finis amoris amarus:
Læta venire Venus: triſtis abire ſolet.
Flumina quæſitum ſic in mare dulcia currunt:
Poſtquam guſtarunt æquor, amara fluunt.

Charites & opes.

Nunquam deficiunt Charites, cùm dantur, habentur;
Cùmq; abſumuntur, multiplicantur opes.

Studium & Cos.

Ingenium ſtudiis alitur, teritur quoq;: ſicut
Tela terendo acuit Cos, acuendo terit.

Prudentes ut ſerpentes, ſimplices ut columbæ.

Vt nulli noceas columba ſias,
Vt nemo tibi, ſis Marina ſerpens.

Axis & cauſidicus ungendi.

Ne ſiccus volvente rotâ crepet, ungitur axis:
Cauſidicum mos eſt ungere, ne taceat.

Dividere bona, quàm lites definire malumus.

Definit logicus res, non modo dividit: at nos
Nil definimus, omnia dividimus.

Pro-

Digitized by Google

Prudentia & urbanitate condienda docentia.

Ingenioſus, at imprudens, eſt abſque oleo ſal:
Doctus inurbanus, eſt oleum abſque ſale.

Fides & Spes.

Nulla foret, niſi certa fides foret: atque ſemper
At ſi certa foret ſpes mea, nulla foret.

Fatuus ac ſapiens.

Veriloqui fatui non pauca tacenda loquuntur,
Veriloquens ſapiens multa tacenda videt.

Deus & Chymicus.

Condidit ex nihilo Deus omnia cuncta: rerum
Tu facis ex toto, Cotta chymiſte, nihil.

D. Petrus Paulo ditior.

Imperium gladio, ſed opes ſub clave tenentur:
Ditior eſt Paulo ſcilicet inde Petrus.

Moyſes & Simeon.

Vivere non potuit Moyſes Numen quod videret:
Ni videat Simeon, ut vivat, optat mori.

Venus in cœlo ac ſolo.

In cœlo ſolem ſemper comitatur euntem:
In terra lucem cur fugit ergo Venus?

Luna ſidus, & hoc ſigno monemur.

Carmina de cœlo poſſunt deducere Lunam;
Ex loculo Lunam carmina nulla trahit.

Tellus & virtus in medio.

In medio conſiſtit tellus, tamen infima res eſt:
In medio virtus, res ea ſumma tamen.

Pecunia bona laudantur, & aſpernantur homines.

Sint tibi bis quinq; decem, laudaberis ille:
Ut tu laudaris ſis licet Cotta, malus.

Adulatur canis.

Blandus hero caudâ canis hinc quamquam adulatur:

Li-

Linguam pro cauda Pontilianus habet.

Pauper, Mendicus, Dives.

Pauper in urbe parum, mendicus nil habet uſquam,
Dives habet nimium: quis, niſi nemo, ſatis?

Amicus Ollaris.

Ne blandos nimis æſtimes amicos,
Illis dum calet olla, amor calebit.
Frigebunt citò, ſi culina friget.

In mulierem decoctricem.

Potare florem ſueta Liberi Corba
Decoxit omnia, glande nunc famem paſcit.
Quieſce Corba: ſanxit hoc Adraſtea,
Qui delicatè pranderit, malè ut cœnet.

Ad effigiem Regum Hiſpaniarum Philippi III. & IV. Patris & filii.

Conjunctum occiduo ſolem qui quæris Eöum,
Hic ades, hic oculum fige, & utrumque vides.
Heſperus hic: illic roſeo ſtat Lucifer ortu:
Sol cadit hic; illic ſurgit: utrique fave.

In ebrias Conjuges.

Ebrius eſt Corydon, ſed nec minus ebria conjunx
Ebrius hic pugnis, libicus illa furit.
Illi mater Eris, ſatus ille parente Chorœbo.
Ille patris vitio deſipit, illa ſuo.
Una domus tandem torus idem claudit utrumque,
Quàm male conveniunt, tam bene conveniunt.

In Duſilvium Poëtam.

Amphion ſilvas, ſilvas Rhodopeïus Orpheus.
Carmine, & attonitas traxit uterque feras.
Aſt ubi tu ſilvis tua ructas metra Duſilvi,
Horreſcunt ſilvæ, diffugiuntque feræ.

§. 3.

Digitized by Google

§. 3. Vſus & imitatio EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

1.

IN ſtabulo cùm naſcatur bene creditur agnus;
Cùmque lupos terret, creditur eſſe Leo.

2.

Noctua cæcus homo fuerat, dum nocte venires,
Mox hæc incepit nocta ferre diem.

3.

Labentem quondam DEVS olim quærit Adamum,
Nemo hominum quærit, dum cadit ipſe DEVS.
Ille cadens culpam fecit, luit ille cadendo,
Et reparat lapſum Lapſus, Adame, tuum.

4.

Laberis ut Phaëthon, ſed grato errore viarum,
Tu noctem hinc aufers, abſtulit ille diem.

5.

Editus in lucem paſſim modò dicitur infans;
Editus in noctem, ſed puer iſte fuit.
Quid mirum? haud aliter potuit lux naſcier ipſa:
Invenit hæc tenebras, ſed facit eſſe diem.

DE IVDA PRODITORE.

1.

Magdalis & Judæ totus ſcit nomina mundus:
Illa, quia invenit; perdidit ille, DEVM.

2.

Oſcula das Chriſto; Joannes fixit eidem.
Ex quo flore legit mella, venena legis.

3.

Adamus periit, periitque ſub arbore Judas:

Hic

Hic quoniam guttur claudit, & iſte aperit.

4.

Ad mortem properant Judas & Chriſtus, utrique
Mors diſpar, par eſt, quòd voluère mori.

5.

Et Pauli & Judæ diſpar fortuna putatur;
Sternitur ille ſolo, tollitur ille polo:
Mutat uterque locum; tamen iſte cadendo levatur,
Quodque etiam mirum eſt, iſte levando cadit.

6.

Turpis avarities livorque abduxit Judam:
Diſcipulus Domini nil habet iſte ſui.
In trabe dum moritur, tunc eſt imitatus Jesvm:
Eſſe Deo ſimilis diſſimilisque cupit.

7.

Nulla magis totum ſunt admiranda per orbem
Geſta tuis Juda, geſtaque Chriſte, tuis.
Quam nulli taceant calami digniſſima res eſt:
Hic hominem redimit, vendit at iſte Devm.

8.

Quem malè Petre negas, pejùs profitetur Judas:
Ille fatendo Devm, tuque negando cadis.

FONTIS III. VENA IV.

C*Um idem ſecum comparatur, collatione mixtâ ob-ve ſimilium aut diſſimilium ejuſdem rei inter ſe facto-rum, aut proprietatum.* Ut ſi Lazari poſt vitam fe-licitatem cum priori fortuna conferas opposi ad Epulonis conditionem: nam per oppoſitiones mixtas huic potiſſimùm comparationi varietas gratia erit concilianda.

§. 1. Exempla Martialis.

De Mutio Scævola dextram flammis adurente. L. 1. ep. 22.

MAjor deceptæ fama eſt & gloria dextræ:
Si non erraſſet, fecerat illa minùs.

In Nævolum. lib. 1. epig. 72.

Cùm clamant omnes loqueris tu, Nævole, ſemper:
Ecce tacent omnes, Nævole, dic aliquid.

In Cælium. lib. 7. epig. 33.

Diſcurſus varios, vagumque inane
Et faſtus, & ave potentiorum.
Cùm perferre patique jam negaret;
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram,
Et ſanas ligat obligatque plantas,
Deſiit fingere Cælius podagram.*

* *Quia ſcilicet verè cœpit laborare.*

Ad Domitianum Romæ inſtauratorem Lib. 7. Epig. 32.

Nunc Roma eſt, olim magna taberna fuit.

In vanè ſe extollentem lib. 8. Epig. 48.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa,
Pars vulſa eſt; unum quis putet eſſe caput?

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

Niobe, ſive Lothi uxor arte reproducta.

Viverem e marmore gratis fecit de marmore Divis:
Rurſus ego ut lacrymer, rurſus ego ut moriar.
Vivo equidem, ſine corde tamen: non error ab arte eſt:
Cùm ſuperos ſprevi, tum ſine corde fui.

Lingua nobilis ac mobilis.

Humano membrum non eſt in corpore linguâ
Nobiliuſve bonâ, mobiliuſve malâ.

In Poëtam qui ſe alterum Nasonem putabat.

Sis Naſo modo de Ponto quoq; carmina ſcribas.

Multum

Malum Femina ad Cordium.

Quæ mala, quæq; bona eſt, ô Cordi, femina lædit.
Funera cauſavit Penelope, ac Helene.

Ad Sanctum Donatum Martyrem.

Vndantem latè pluviam manantibus auris,
Diceris in ſicca ſuſtinuiſſe toga.
At quod crudelem pœnamq; manumq; Tyranni.
Fers ſiccis oculis, eſt, puto, majus opus.

D. Athanaſius Alexandrinus.

Nil ſibi diſſimilis, poterat de ſede moveri,
Corpore nam moto, mens ſtetit una loco.

Divus Gregorius Thaumaturgus
inimicis parcit.

Vlciſci potuit, virtuſque locuſq; favebant:
Noluit; hæc virtus, credite, major erat.

S. Blaſius ad mortem paratus.

Prodigio vitam cùm poſſes, Sancte, tueri;
Prodigium eſt majus te voluiſſe mori.

Ad Lutherum.

Hæretico dandam eſſe fidem, Luthere, negaſti.
Vis ne igitur nos hæc credere, ſtulte, tibi?

Ad medicum.

O felix! nam terra tuo ſtudet una favori;
Succeſſus medicâ, Pontice, luce patent.
Sed tamen errores, & quæ naſcuntur ab arte,
Abdita ſub terris, funeribuſq; latent.

In Ciceronem vitâ, quàm morte feliciorem.

Quàm nunc id velles, olim quod, Marce, dolebas,
Interdicta forent ignis, & unda tibi.

Facilis deſcenſus in aulis.

Nemo gradus niſi per plures aſcendit in aulas:
Ad deſcendendum plus ſatis unus erit.

Vitam

Digitized by Google

Vitam comicam mors ſæpe tragica excipit.

[illegible] comœdus vivis, moriere Tragœdus:
Diſſimilis vitæ mors erit illa tuæ.

Agamemnon abſens, dum alienæ mulieris perfidiam plectit, experitur ſuæ.

Quæſieram longinquam Helenamque, patriaq; ſub orbe,
Quam propriâ infelix clauſeram ante utramq; domo.

In militem timidum.

Poſſit equos geminos: volucrem præverteret alter:
Alter ſed pigro pigrior eſt aſino.
Sic feſtinantem fert hic ad prælia Tullum:
Ille prius, tuba quàm clamaverit, inde refert.

§. 3. Vſus & imitatio.

EXEMPLIS PROPRIIS.

DE CHRISTO NATO.

1

HUic operi concedat opus quodcunque Tonantis.
In reliquis digitus cernitur, hic manus eſt.

2.

Ignotus tu, Chriſte, venis paſtoribus infans.
In te cum videant plurima, plura ſtupent.
Heraclitus eras aliis, quod ad omnia fleres,
Democritumque alius te facit eſſe novum:
Sunt quibus Harpocrates tantum videare ſilendo.
Hippocrates morbis tu quoque viſus eras.
[illegible]ncti aliquid, nemo de te, puer, omnia dixit.
Fles, rides, curas vulnera noſtra, ſiles.
Explicet hunc mater, ſat erit vox unica Jeſu:
Cui talem, ut pareret, vox ſatis una fuit.

DE

Digitized by Google

DE IVDA PRODITORE.

1.

Vivus habes loculos, loculum nec mortuus unum:
Vita tibi dives, mors tibi pauper erat.

2.

Dæmona corporibus pepuliſti fortis Juda:
Idem agis in laqueo, cùm moriare tuo.

3.

Vix æſtas ſimiles dabit hac ex arbore fructus;
Quos ſterili ex trunco bruma ferenda dedit.

4.

Vivere honoratus cum jam non poſſet Judas,
Pro vita infamem maluit eſſe necem.

Hunc fontem ſi diligentiùs explores, magna hinc o-mni ſcriptionis generi ornamenta ſuppeditabis. Cùm enim mira exemplorum ſimilitudinumque ad deli-berationem perſuaſionemque vis ac momentum in-ſit, tum iis præcipuè quæ veritate quadam, atque il-lâ quam hic ſectamur elegantiâ, tanquam melle quo-dam alliniuntur. Hunc tamen fontem ex arte noſtra ſymbolica luculentiùs, uberiuſque, pro voluptate ma-nare faciemus.

CAPVT VI. FONS IV.

Luſus verborum, & ad rerum ſententiarumque uſum alluſio.

VLtimum fontem exploramus: dulces fert argu-tiarum aquas; ſed moderatè ac mellis inſtar hau-riendas: quod ſuâ copiâ deſipiant. Quam enim re-plena voluptatis eſt, levi vocum inflexione inopina-tum aliquid emere, antiquitatum, legum, hiſtoria-rumq;

[illegible] ſpargit: [illegible] affectibus, [illegible] quo plenum eſt, ea perpetuo [illegible] (ut in hoc [illegible]) [illegible]. [illegible] Martialis [illegible]. Nobis hoc corpus materiæ placuit inſiſtere, quatenus ſe offerentes majori [illegible], [illegible]. Porrò cum & in [illegible], [illegible], [illegible], quæ verbis alluſiones [illegible], qui hunc [illegible] uſerit, nihil [illegible]: nos tamen propter ſtu[illegible] [illegible], id [illegible] non demus.

FONTIS IX. VENA I.

Luditur [illegible] [illegible], aut [illegible]. Ut ſi [illegible] [illegible] vocis, [illegible] in [illegible] poſſumus non [illegible], ſi [illegible] Deo nihil [illegible], qui [illegible] [illegible]. [illegible] ſcriptum:

Quid facies, facies Veneris ſi veneris ante?
Ne ſedeas, ſed eas, ne pereas, per eas.

Et illud: Apta Duci [illegible] Regi
Quæ duci [illegible] eſt apta, nec apta regi.

§. 1. Exempla Martialis.

Videns [illegible] ſignificationis [illegible], aut [illegible] gratia [illegible]: quod [illegible] propria ſignificatio deſinent, metaphorica [illegible] ut Martialis.

Digitized by Google

Ad Attalum l.1,ep. 65. utriuſque exemplum elegans exhibet.

Semper agis cauſas,& res agis,Attale,ſemper;
Eſt,non eſt quod agas,Attale,ſemper agis,
Si res & cauſæ deſint,agis,Attale,mulas;
Attale,ne quid agas deſit,agas animam.

In Cinnam lib. 3.ep.47.

Eſſe nihil dicis,quidquid petis,improbe Cinna;
Si nil Cinna,petis,nil tibi,Cinna,nego.

Exquiſitiſſima in hoc genere ſunt, quæ ambiguâ ſignificatione ſenſuque duplici ita ludunt, ut ſenſu altero ſeni expoſitionem, aut laudem rei explicent; acerbo altero figant aculeum,qui tantò altiùs inſidet quantò rectiùs figitur, ſic Martialis l. 9. ep. 12. in Chloen ſeptem virorum interfectorum monumentum erigentem.

Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata virorum,*
Se feciſſe,Chloe: quid pote ſimplicius? **Videlicet hæc verba tam de cæde virorum, quàm tumulo excitato accipi poſſunt.*

In mortuum l. 9.ep.23.ambiguitatem tollit.

Sit tibi terra levis,mollique tegaris arenâ:
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

§.2 Exempla recentium Poëtarum.

Mors Chriſti à Venere præcipuè eſt.

L*Vce obiit Veneris,Veneris fle turba: videtur*
Cauſſa Dei paſſi non minima eſſe Venus.

De Petro Fabro D.Ignatii ſocio.

Secula ſunt ferri,toto furit hæreſis orbe,

Da Deus hunc contra ferrea ſecla Fabrum.

In mercatoris obærati ſepulcrum.

Mercator jacet hic, cujus mihi dicere longum
Nomina ſit, moriens nomina mille habuit.

Tiberius Nepos perdidit nepotes, ipſe nepos ac helluo.

Perdidit agnatos, & amavit turpè nepotes:
Ac factus, ne quis deforet, ipſe Nepos,

Diva Margarita.

Vellet inops fieri, ſed dum ſe poſſidet ipſa
Margaris, incaſſum credo feretur inops.

Mors etiam incautos rapit.

O quàm ſepe nimis, Camilla, vita
Securu, necis imminet ſecuris.

Pilo, ſeu telo, milites: ſtudioſi pila ludent.

Tu miles: ſtudioſus ego: nos ludimus ambo.
Tu pilis, & nos ludimus inde pilis.

Officium ac munus nullum ſine munere eſt.

Gratis libenter ſervit alteri nemo.
Omnes libenter ſerviunt, tamen gratis.

Serò Phryges ſapiunt.

Cum furto patuit janua, ſera ſera eſt.

D. Barbara minimè barbara.

Vt parca parcunt, ut luci lumine lucent,
Vt bellum eſt bellum, ſic ego barbara ſum.

Diviti ſtrena.

Dives es & dignam poſcis te, Benuole, ſtrenam.
Quid mittam? deſit nil tibi; mitto nihil.

Illyrico ebrius illudit.

Ebrius Illyrici pulſaverat hoſpitis ædes,
Quo tardo clauſas non reſerante fores,
Ecce, quid Illyricum, clamabat, & inter aſellum?

Digitized by Google

Tum alter: nonne vides? inter utrumque fores.

Fides multæ nulla fides.

Extremo queritur Chriſtus de tempore, tanquam
Nulla ſit in terris invenienda fides,
Atqui nunc hominis veniat ſi filius, ecce
Majorem inveniet, quàm velit eſſe fidem.

Mors ultima linea rerum.

Quæ nova habemus? ais, dicam: Morieris. At inquis
Non ſunt iſta nova: imò, Eure noviſſima ſunt.

Uxor levis viro gravis eſt.

Dædale quis credat? vox ô mirabilis uxor?
Quo levior cuique eſt uxor, eò gravior.

Declinandum malum eſt.

Declina, Line, peccatum, ſi vis bonus eſſe
Grammaticus, caſus virtutem inflecte per omnes.

Prior apud Monachos ordine poſterior.

Mirus apud Monachos ordo eſt, Abbate Charonda;
Poſterior quippe eſt, non prior, ipſo Prior.

Sacra non legenda tantum, ſed & intelligenda.

Hunc, qui ſacra legit, ſed non intelligit, Anti,
Nonne merum poſſes dicere ſacrilegum?

Devotus, ſed non Deo, at diris.

Vis dici devotus, & es, Chryſamblice, totos
Improba te conjux devovet uſque dies.

Abſurdus muſicus.

Muſicus ante canem venerandus; ſed canis inſtar,
Dum canis in templo, Dendromedon, ululas.

Ad ſenem.

Omnia fert ætas, te nequit illa diu.

Ad obæratum.

Æris habes multum, Olpe, alieni: verùm alieni
Quo plus æris habes, hoc minus æris habes.

Digitized by Google

Aula non veraces, ſed adulatores promovet.

Veronæ paucos, plurimos Placentia,
Ad aulæ honores promovet.

§. 3. USUS ET IMITATIO, EXEMPLIS PROPRIIS.

Nos ex vena hac neque ingenii parum, neque felicitatis complectente, aliquot exempla haunemus.

De Christo nato.

1. Janua cœlorum clauſa eſt, dum *clave* caremus:
Plaudite, jam *clavis* decidit illa polo,
* *Clavis David Chriſtus dictus eſt.*

2.

Quæ dedit hunc Virgo brumali tempore fructum,
Fertilior quavis arbore, *Virga* fuit.
Virga Ieſſe MARIA dicta.

3.

Quàm cunctis facilis fuerat deſcenſus averni,
Tam facilis cœlo nunc patefacta via eſt.
Scilicet ipſe Deus poſtquam deſcendit ab aſtris.
Deſcendiſſe etiam creditur ipſa *Via.* **Via, Sol, agnus, verbum, Chriſtus dicitur.*

4.

Tempore quo nobis oriens *Sol* natus in *Agno* eſt;
Cœleſtis tunc Sol ariete vectus erat.
Vos ſuperi, veſtrum retinete ſub ariete *Solem*;
Nos *agnum* cupimus, cornua nulla gerit.

5.

En infinitum finito in tempore *Verbum*,
O quantum *vox* hæc abbreviata fuit!

DE JUDA PRODITORE.

1. Iſcarium quiſquis laqueo damnavit Judam:
Non leve confecit, furcifer ille, *ſcelus*.

2.

Qui tam ſeverè plexuit Judas ſcelus:
Quid ni ſit homo ſacerrimus?

3.

Declinare miſer a laqueum qui neſcit Judas,
In Chriſti nimiùm grammaticâ rudis eſt.

4.

Impurus Domino Judas tulit oſcula caſto.
Scilicet ante omnes *offitioſus* homo eſt.

5.

Non *pendis* nihili Chriſtum, dum vendis Juda:
Nam certè in *pretio* tunc fuit ille tibi.

6.

Ob malè damnatum Dominum cùm pendet Judas,
Quis neget hunc *Domino pro moriente mori*?

7.

Poſt crimen metanœa juvat, dicebat Judas:
Mox abit, & ſumpto crimina *fune* dolet.

8.

Pœnituit, ſceleriſque notas agnovit Judas,
Abſolvit laqueo mox *ſcelus* ipſe ſuo.

FONTIS IV. VENA II.

L*Uditur inflexione vocis ſimul ac ſignificationis, quæ aut caſuum inclinatione, aut vocum derivatione, aut litterarum ſyllabarumque adjectione, detractione, aut*

per...

Digitized by Google

permutatione, anagrammatica ſeu [illegible], ut ſi de Epulione dicas, nec *fama* alteris, nec [illegible] confluunt. Hoc tibi dabit ò Lazare Epulo quod vocari *à lapo* exſpectes. Hoc rectè [illegible] conſulas. *Nunquam pariet, ſemper tibi tacens uxor.*

Martialem hoc loco, audiamus, non infrequentem.

§. 1. Exempla Martialis.

In Diodorum lib. 1. ep. 78.

Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat,
Sed nil patrono porrigit: hæc Chiragra eſt.

De Mario l. 2. ep. 53.

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit,
Cui nihil ipſe dabas; is tibi verba dedit.

Ad Quintum l. 5. ep. 72.

Quæ legis causâ nupſit tibi Lælia, Quinte,
Uxorem potes hanc dicere legitimam.

In Cinnamum l. 6. ep. 14.

Cinnam, Cinname, te iubes vocari:
Non eſt hic, rogo, Cinna barbariſmus?
Tu ſi furius ante dictus eſſes,
Fur iſtâ ratione dicereris.

In lupum nullius pretii prædium donantem l. 11. Ep. 14.

Erraſti, Lupe, litterâ ſed unâ:
Nam quo tempore prædium dediſti,
Mallem tu mihi prandium dediſſes.

Simile huic illud Ciceronis, aut Lazarea liberti eſt.

Fundum Varro vocat, quem poſſem mittere fundâ.

In Sabellum l. 12. ep. 32.

Odi te quia bellus es, Sabelle,
Res eſt putida bellus, & Sabellus. * *Nam viris hoc epithetum parum convenit.*

Digitized by Google

De Theodoro impio l. 11. ep. 49.

Pierios vatis Theodori flamma penates
  Abſtulit. Hoc Muſis, hoc tibi Phœbe placet?
O ſcelus, ô magnum facinus, crimenque Deorum!
  Non arſit pariter, quod domus & dominus!

In Earini nomen l. 9. ep. 8. de eius quantitate.

Nomen cum violis roſiſque natum,
Nomen nobile, molle, delicatum,
Verſu dicere non rudi volebam,
Sed tu ſyllaba contumax repugnas. * *Id eſt, floridum quidem à vere nomen, ſed carmini ob quantitatem minus idoneum.*

§. Exempla recentium Poëtarum.

Fecundam plerorumque poëſis, elegantiam, ex hujus fontis vena duxit; unde & largiùs affuſam venuſtatem propinabo, quamvis non ubique delicatoribus palatis placituram; ſed ad menſam copioſè inſtructam ſuo quiſque guſtui ſerviet.

D. Petrus lacrymans.

Poſcis aquam Ieſu de flumine? lumine: fonte?
  Fronte: ohe ſatis eſt, jam dabo, Chriſte, dabo.

Mors janua vitæ.

Ducit ad æternam te mors brevis, ut via, vitam:
  Vt mors interitus non ſit, at introitus.

Amor facilè in odium vertitur.

Tam citò nunc certè mutatur amicus in hoſtem,
  Quàm citò mutatur nomen ἔρως in ἔρις.

Quis amicus.

Cernitur amicus amore, more, & ore, & re.

Nihil

Digitized by Google

Nihil abſque labore.

Segnis onos donec fueris, ne præmia ſperes:
Aſpira, veniet mox tibi pulcer honos.

Vereeundè ludendum.

Ludimus, ingenui tamen intra clauſtra pudoris:
Excedere hos non ludere eſt: ſed lædere.

Decreta ſuperûm joco excipienda non ſunt.

De purgante rogo, ſtygiaque palude jocamur;
Sed vereor, fiat ne jocus ille focus.

Divo Antonio Dœmones ſeſe in porcorum formis objiciunt.

Antonius, licet orcus, ait, tigrimque, lupumque,
Atque referre ſuem noverit, atque bovem:
Ora tamen porci velocius induit orcus,
Nam ſimul addita erat littera, porcus erat.

D. Lucia excæcata.

Tu quamvis oculis carebis iſtis,
Dum ſis Lucia, luce non carebis.

Medicus, Legiſta, Theologus.

Immodicus Medicus, Legiſtaq; vivit ut ex lex:
Quid ſunt Thejologi? nil niſi Thejo-logi.

Verba movent, exempla trahunt.

Et docuit docuit, qui re ſua verba probavit.
Plus malefacta nocent, quàm benedicta docent.

Avarus defoditur, aurum effoditur.

Mortuus eſt Toſtonus, opes de morte reſurgunt,
In cumulo, ut tumulo, quo jacuêre diu.

In fucatum.

Falſa patent, at vera latent; in te patet iſtud,
Nam faciem fictam, cetera facta geris.

Pluto Diis ceteris major.

Solus Dis Deus eſt, dites Dii, numina nummi:
Cum plauſu loquitur Pluto, tacetque Plato.

Mens ignorantis noctua eſt.

Inſcia mens Numen non cernit, noctua lumen:
Non videt illa Deum, non videt illa diem.

Et fortuna & cibus juvat.

Audacem fortuna juvat, cibus omnis edacem.
Adjuvat: eſſe aliquid ſi cupis, aude, & ede.

Terra *Anag.* terar.

Errantum pedibus calcabor humillima tellus,
Vomere proſcindar, dumq́ ero terra terar.

Eleemoſynas numerare noli, ut Deus numeret.

Munera *ne* numera, *miſeris quæcunq́ dediſti:*
In cœlis numerat, numerat *illa* Deus.

Dei ſedes cœlum.

Numinis immenſi ſedes ampliſſima cœlum,
Omnipotens dominus, omnipotenſq́ domus.

Ad Pares Franciæ.

Non omnino Pares eſtis, tamen eſt quoq́ quædam
Imparium paritas, imparitas Parium.

Ad eoſdem Pares.

Hic nemo Regi par eſt, at multi Pares.

De muliere.

Dicta fuit mulier quaſi mollier, eſt tamen Eva,
Non de carne ſui ſumpta, ſed oſſe viri.

Patria ubi ſit.

Illa mihi patria eſt ubi paſcor, non ubi naſcor:
Illa ubi ſum notus, non ubi natus eram.

Brevis *Anag.* verbis.

Perſpicuâ brevitate nihil magis efficis unus:

In verbis,*ubi res poſtulat,eſto* brevis.

Uxor & orcus idem.

Quiſquis ad uxorem rapitur,rapiatur ad Orcum.
Ritè inverſa ſonant uεſor,*&* orcus *idem.*

Saulus ſalvus factus eſt.

Qui modo Saulus *eras,inverſo nomine,*ſalvus
Factus es: & παῦλος, *qui modo* σαῦλος *eras.*

Plebs arat,presbyter orat.

Plebs,dum pro populo presbyter orat,arat.

Hercules non labore,ſed amore victus.

Lenam non potuit, potuit ſuperare Leænam:
Quem fera non valuit vincere, vicit hera.

Vis & jus literis idem re adverſum.

Vi jus adverſum,vis adverſaria juri:
Inverſum.adverſum nomen utrumq́; ſibi.

Hæredibus nihil cunctandum.

Mortuus eſt Achamas,hæres ſum ais.Ergo,quid hæres?
Hæ res vix poſſunt,Cretice,ferre moram.

Ad Aſtrologum potatorem.

Non tu polorum regeris influentiis,
Sed poculorum Dyndime.

Critici, dum vetera emendant, in novis peccant.

Fruſtra eſtis Critici; nam dum vetera emendatis,
Vos nova,pro paucis plurima,menda datis.

Virtus tenero mandabitur ævo.

Si modò virtutum *primo ſis cultor in ævo:*
Vir,tu,tum,*fies,Cæciliane,bonus.*

In fortem, ſed timidum.

Tu vir es,*atq́;* vires;*& ſunt tibi, Corbule,* vires:
Et pateris vires *erepti ab hoſte tuas?*

Vacui loculi.

Ære, *aliis turget*, aere *burſa mihi.*

Pontifex Damaſus Muſarum amans.

Ad Muſas Damaſus *fictus factuſq; ſupremo:*
Has ſecum dignas fecerat eſſe loco.

Præcepta hoſpiti, terræ Weſtphalicæ data.

Ne ſpernas pernas, *quas dat tibi VVeſtphala tellus.*
Iuxta ignem pinguem *ne* furas *ignibus* uras.

Delta tria fugienda.

Humanos vita ſcopulos ante omnia, delta
Hæc fuge; divitias, dæmona, delitias.

Ex crimine noſtrum diſcrimen eſt.

Criminis eſt nemo, nemo diſcriminis expers,
Quos in diſcrimen crimina ſola vocant.

Phœnix moriens paritur, vipera pariendo moritur.

Tu pereundo paris viventem, mortua Phœnix:
Vipera vi pariens, tu pariendo peris:

Chymicus omnia malè Conſumens.

Rem decoxit iners Chymicus, dum decoquit aurum:
Et bona dilapidat omnia, pro lapide.

In pueris ſpes, in viris res laudatur.

Qui puerum laudat ſpem, non rem, laudat in illo:
Non ſpes ingenium, res probat ipſa viri.

Argentum omne argumentum cauſæ ſuperat.

Qui caret argento fruſtra utitur argumento:
Qui dare ſcit, non qui dicere, Rhetor erit.

§. 3. Vſus & imitatio exemplis propriis.

NEque exempla nos in uberrima hac vena, quamvis omni in materia non æquè fluat, deſiderari patiemur. Certè & anagrammata nonnulla Judæ nomen

nomen ſufficit. *Iudas* enim verſis litteris erit *Ius da, vi dat, vadit, audis.* alia etiam ferè nomina facit ; ut *David, dives, ſuadit, laudes.* Quibuſcum etiam ludendi non deerit ratio.

DE CHRISTO NATO.

1.

O Quali divine puer ſtabularis in antro,
Quod fænum & tenui culmine ſtramen habes!
Hoſpitio exerras, decuit pro ſtramine, Serum
Stamina, pro fœno fœnus habere Ducum.

2.

Arbiter aſtrorum, cœlum tu fulmine terres :
Jam modo mutaſti fulmina, flumina erunt.
Flumina erunt, teneris tamen exundantia malis,
Mitius hoc cælum eſt, fulmina blanda decent.

3.

Excuſſit lacrymas pietas, & bruma gementi :
Hæc luere hunc fecit : diluere illa nefas.

4.

Non viſus quondam eſt noſtros ſentire dolores,
Cum niſi divinum nil erat ipſe Deus.
Nunc pœnas quicunque times, ſpẽ concipe, poſtquã
Eſt homo, inhumanus vix Deus eſſe poteſt.

5.

Ille per immenſos cœlorum cognitus axes,
Vix *notus*, medio *natus* in orbe, latet.
Res mira eſt, tunc agnoſcunt, cùm nemo videret :
Agnoſcit nemo, cum videt omnis homo.

6.

Dum cœlo veniens nobis Deus attigit *oram,*

Et Jeſſe ex *R*.*mo* flos oriturus erat.
Magna tibi cunas vellet tunc *Roma* dediſſe,
Et Maro virtútes ſcribere præco tuas.
Quæ *Mora* Chriſte tenet? quin tantæ adlaberis urbi?
Verſa priùs debet R*oma*, *amor* eſſe tibi.

7.

Dum tibi membra rigent, hoſpes dum nemo foveret:
Os tibi, *bos* & *onos* exhibuere ſuum.
Heu nimis immites homines manſueſcite factis:
O nos nunc omnes dicite, vicit, *onos*?

8.

Hoſpitio Dominum naſcentem excluſerat orbis,
Frigenti caluit nullus ab igne focus.
Nullus honos puero eſt, tremulum ſed fovit Aſellus.
Sic Domino *aſpirans* eſt *Onos*, unus *honos*.

De Juda proditore.

1. Quòd non pœniteat, quod non ſit *David Judas*,
Litera, ſuſpenſus quam facit, una facit.
**Literam ex ſe longam facere, eſt ſuſpendere.*

2.

Dum *vi das* Chriſtum *Iuda*, dum vendis *Ieſum*.
In te, crede mihi, ſyllaba nulla bona eſt. *
* Judas *anagrammaticè* vi das.

3.

Vix equidem miror quod non reſipiſcere poſſet:
Nam nemo eſt Judam, qui ſapuiſſe putet.

4.

Chriſtus, amice tuum, Juda, inquit reſpice *finem*,
Unica decepit littera, *funis* erat.

5.

Amiſit Dominum, loculos amiſit Judas.

Ami-

Digitized by Google

Quod modo *reſtaret*, nil niſi *reſtis erat*.

6.

Addictum caput eſt furcæ, quin *vadis*, Juda?
Qui *Vadis* huc abeat nomine, nullus erit

Poſſent his aliæ ludendi rationes adiici, ut cùm de ipſius verbi aut nominis affectionibus, quantitate, qualitate ſignificatione aliquid enuntiatur. Sic ferè in Eatini nomen luditur, ſup. l. 9. ep. 96. ubi de quantitate vocis agitur & l. 2. Ep. 40.

Si vis Sexte coli, ut jubes, coleris;
Sed ſi te colo Sexte, non amabo.

Ubi de vocum ſignificatione. Illud Auſonii non inelegans de qualitate vocis:

Reminiſco dixit Rufus in verſu ſuo:
Cor ergo verſus, immo Rufus non habet.

Sed quòd in his vix alia, præter illam, quæ aut ab oppoſitione, aut aliis fontibus argutia manat appareat, ſuperſedeo. Si enim de nomine Papenheim V. g. ad anagrammata inhabili dicas. Nomen hoc immutabile prorſus, aut ſibi ubique conſtans, optime ſuo convenire Domino, neque levi, neque inconſtanti; comparationem ad Dominum inſtitues; uti eleganter, argutéque quondam eidem Duci Paderbornam tranſeunti, à ſtudioſa Grammatices juventute eſt acclamatum. *Nomen apud Grammaticos habere indeclinabile.* Quanquam & verſo ſenſu potuiſſent argutari: Ut, *nomen jure habere indeclinabile Pappenheim, quod illud nullus hoſtium declinare queat.* Deinde ubi de eodem nomine, ut parum latino pronuntiaveris; *Nihil in humaniſſimo Duce, præter ſolum nomen barbarum eſſe*, ab oppoſitione petes dicti elegantiam. Quod ſi verò hanc nenum à reliquis nonpemini ſeparare

tare lubeat, nihil repugnabo. Venæ etiam ſequenti, ubi de artis præceptis agitur, non ineptè hanc ludendi rationem adjunxeris. Exempla, etiam in tractata à nobis de Chriſto & Juda materia, haud ſanè deerunt. Ludes æquè ſuaviter argutéque in Jeſu nomine, quam in Earini Martialis. Neque in Judæ Iſcariothæ nomine barbaro, heri longè barbarioris, nomine cataſtæ ac furcæ affigendo, aculei ad purgendum defuturi ſunt. Ne tamen impunis hic à nobis diſcedat, illud relinquimus.

Infame nomen, improbum, execrandumque.
Iſcariothæ, nomen ultimo dignum
Sicariorum, cæde qui cruentavit
Manum paternâ, conjugemque natumque
Conjunxit uno parricida ſpelæo.
O nomen atrox! quale nulla nec ſtrigum,
Sed nec luporum, aut buſtuatius corvus,
Aut bubo funeſtus ferat parentator.
Crudele nomen! quale nulla tirarum,
Erinnyonque nulla, Cerberus nullus,
Charonque, quamvis portitor ſtygis, portet.
Tam nomen atrox, infame, atque crudele,
Iſcariothæ, vicit ipſe poſſeſſor
Crudeliorque, infamiorque atrox Judas.
Qui cum magiſtro, machinator infidus
Virtutem, & omne perdidit bonum nomen.

Duo tamen ultimi verſus, ex prima hujus fontis vena, acuuntur ambiguitate vocis *nomen*: priores ſi quid habent virium, comparatione poſſident. Videt, opinor, benevolus lector, quot quibuſque argutandi rationibus duæ hæ venæ ſcateant. Novi Epigrammatum ſcriptorem, qui, ut idoneas argutias reperiret,

vocabu-

Digitized by Google

vocabularium aliquod Smetii, aut Calepini expendebat. Unde cùm multa ex verborum occurrentium natura, ac ſignificatione ſeſe offerrent ſcriptioni opportuna; hoc tamen è fonte pleraque affluebant. ſed, ut dulcis ille ſit raro & aptè propinetur, certè ubique affuſus, gratâ parum copiâ deſipit. Nunc aliud fontis caput, quod in rebus potius, quàm in verbis ludit, accedimus.

Fontis IV. vena III.

Alluditur ad antiquitatis uſum, fabulam, aut hiſtoriam, artis, aut legis alicujus præcepta, comparatione, aut oppoſitione aliquâ, inter illa ac materiam, quæ tractatur, inſtitutâ. Ubi inprimis illorum habetur gratia, quæ per oppoſitionem cum artis præceptis, ejus regulas erroris ſimulatè arguunt, ut infrà patebit.

Modos verò comparandi, & opponendi ab exemplis magis, quàm ſcriptis legibus hauries; in quibus etiam animadvertes, ex ſuprà dictis fontibus horum epigrammatum vim potiſſimùm irrigari.

§. 1. Exempla Martialis.

Primò Martialem audiamus ſatis hic profuſum, verùm abſque argutia, ſatis in nervoſis parcum.

Illud *ad Dædalum* in amphit. ubi fabulæ alluditur non eſt contemnendum.

Dædale Lucano cùm ſic laceraris ab urſo,
Quàm cuperes pennas tunc habuiſſe tuas!

Illud l. 3. ep. 9. ad Fabullum acutiſſimè ad antiquorum conſuetudinem alludit.

Unguentum fateor bonum dediſti
Convivis, here, ſed nihil ſcidiſti.

Res

Quam barbarum eſt, vel eloqui,

Signo crucis Draconem Donatus abigit.

Donatus ſtygiam fortis cruce perculit hydram.
Sis, ait, hydra mihi; clava erit illa tibi.

Amor opibus conciliatur.

Prima Categorias inter ſubſtantia, ſola
Plus in amore poteſt, quàm genus & ſpecies.

Accipere omnes malunt, quam dare.

Heu nimiùm crebrò nunc Ablativus in uſu eſt:
In pretio rurſum quando dativus erit?

In oratorem faſtidioſum.

Omnia cùm dixit, ſuper eſt tibi dicere, dixi,
Hac mihi ſermonis vox placet una tui.

Malè promiſſa ſolvens.

Eſt nummus nomen, verbum promittere: Quinctus
A quo ſperabam nomina, verba dedit.

Iratus baculo ollam frangit melle plenam.

Elicuit Moyſes duplici ſibi verbere lymphas:
Elicit hic unò verbere mella ſibi.

Avarus malus Arithmeticus.

Nil numerare juvat, nil addere ſemper acervo,
Multiplicare nihil: divide, tutus eris.

Lex alia juriſtis, medicis alia ſcribitur.

Furtum non facies, Iuriſta ſcribitur hæc lex:
Hæc, non occides; pertinet ad medicum.

Medicis & Juriſtis ubi ſit locus.

Morbus ubi nullus, nulla eſt medicina, Noroni;
Nullus Iuriſtis eſt ſine lite locus.
Quid facient ergo Medicina & juris alumni
In cœlo? nullus forſan utriſque locus.

Tres nos hoſtes oppugnant.

Nos caro, nos mundus, Sathanaſq; hoſtiliter urgent

Hic

Digitized by Google

Hic logicus, reliqui Rhetores ambo boni.

Fictus amicus, & arrogans.

Præſentem laudas, abſentem lædis amicum;
Et perſonarum prima vocatur Ego.

Optimus ſibi quiſque videtur.

Tu perſona ſecunda, ille ultima, prima ego: noſtrum
Nemo tamen ſibi non eſſe videtur ego.

Mulier domi imperans marito.

Ducit, agit, miſerum, quò vult, Quintina maritum;
Grammatici fugite hinc, hæc vir, & hic mulier.

Votorum nulla meta.

Infinitivo propè par modus optativus;
Optandi finem nam ſibi nemo facit.

Marti, & morti ſubdimur.

Omega nunc noſtrum Mors, & Mars alpha malorum;
In bello diſtant Omega, & Alpha parum.

Venus inconſtans.

Nulla fides Veneri, levis eſt, interque Planetas
Ponitur, haud inter ſidera fixa, Venus.

Promiſſa ſine re.

Pollicitus nonnulla mihi, nil, Pontice, præſtas:
Vt medicus, quamvis nil det, ait recipe.

Poſterior ætas priore deterior.

Pejor avo eſt ſoboles, ex nequam nequior exit;
Regula Grammatices eſt ea certa nimis.

In Avarum.

Euclio, credo tibi, verbum dare *defectivum eſt:*
Tempore præſenti, præteritoque caret.

In pauperem ſuperbum.

Cornua fronte geris lacero contecta galero:
Non cornu tibi, ſed copia, Line, deeſt.

§. III.

§. III. Vſus & imitatio exemplis propriis.

De Christo nato.

1 NVnc Babyloniacã plebs transfuga deſere turrim,
Quâ cœlum quæris non potiêre viâ.
Tranſiit in terras (ſublimia deſtrue) Numen,
Qui cœlum cupiet quærere, quærat humi.

2.

Lis Phœbi Phæbeſque fuit, quis major in aſtris?
Dum Jovis arbitrio cauſa dirempta ſtetit.
Cynthia perpetuis ceſſit damnata tenebris:
Regalem poſuit Phœbus in axe thronum.
At modò cùm noctis, mea lux, divertis ad umbras,
Damnatus tenebris ſol velit eſſe tuis.

3.

Aureus ingenio vetus extollatur aſellus:
Quique loqui viſus bos, aſinuſque fuit.
Dum tenerum ſic veſtra fovent præſepia Numen.
Ingenio brutum vincitur omne ſuo.

4.

Credideram finxiſſe Deum, qui Prothea formam
Vertere, & objectâ fallere fronte docent.
Fabula vera fuit, tecto modò fallimur ore,
Humanâ ſpecie dum latet ipſe Deus.

5.

Quæritis Aſtrologi quo ſidere naſcitur infans?
Mars non eſt: Martis nil habet iſte puer.
Non Iovis eſt ſidus; nec enim puer iſte ſuperbit.
Sed nec Mercurii eſt, fraude, doloque caret,
Non hunc Luna dedit; vincit tua lumina Phœbe,

Nec

Digitized by Google

Nec Venus: eſt toto pulcrior ore puer.
Fallimur Aſtrologi: Nam vertitur ordo, ſub uno
Hoc puero, ſidus naſcitur omne poli.

6.

Aſpera cœlorum eſt via; ſed dum Virgo Tonantem
Lactat, ab uberibus lactea tota via eſt.

7.

Fallitur ingenium, dialectica fallitur, omnis
Nutat principiis ars ruitura ſuis.
Maximus, & minimus, Logicus pugnantia dixit.
Nunc videt in puero conciliata Deo.
Eſſe creaturam, contra, non eſſe creatum,
Junxerat oppoſitis; compoſita eſſe videt.

8.

Si neget immenſum menſuram ferre *Matheſis*.
*Men*ſuræ errorem non videt illa ſuæ.
Errat Arithmeſis, numerum ſi neſciat eſſe
Innumeri; Chriſti cenſeat illa dies,
Cur infinitum Phyſicus non concipit? errat,
Hic infiniti finem is habere poteſt.

9.

Nunc Logici revocate, Deum tranſcendere cuncta;
Ecce hominum ſeries ultima aperta Deo eſt.
Nunc quoque Rhetoribus vix amplificatio laudi eſt.
Ampla ſub anguſtum dum coiere locum.
Cumque Deum in terras toties traxère Poëtæ:
Fingere ſe fingunt, nemo Poëta fuit.

10.

Grammatici genus eſſe Deo falsò antè putarunt,
Quàm genus, & formam ſumeret ipſe Deus.

11.

Heu cœcas mentes hominum! quem noverat excors
Bos poſſeſſorem, neſciit unus homo.

Ne

Digitized by Google

Ne Phyſicus poſt hac dicat rationis egentem
Eſſe bovem; vel ne perneget eſſe hominem:

12.

Si quondam ò Logici valuit converſio ſimplex:
Nunc aſinus ſit homo, ſitque homo nunc aſinus.

13.

O tropus inſignis! major translatio nulla eſt,
Quâ verbum in carnem tranſtulit ipſe Deus.

14.

In cælo vos Aſtrologi ſpectate planetas;
Sufficit in ſtabulo *Lunaque Solque* mihi.

15.

Qui ſtupidum dicunt Aſinum, fallantur oportet;
Cum Dominum agnovit, nonne Aſinus ſapuit?

16.

O cœci nimium, & pulcræ rationis egentes
Terrigenæ; tanti non meminiſſe Dei!
Credite nunc Phyſici, vos definitio fallit;
Irrationalis, dicite, noſter homo eſt.

DE JUDA PRODITORE.

1. Qui Parcas ſecuiſſe putant ſua ſtamina Judæ,
Falluntur; nexo ſtamine is interiit.

2.

Cauſidicis commune malum eſt, quo ſtulte laboras;
Argentanginam paſſus es, inde taces.

4.

Antiquos memorant fixiſſe ſub arbore ſedem,
Et tenuem paſtos glande cadente famem.
Sectator veterum Judas, amat arboris umbram:
Hi glande; at laqueò farciit ille gulam.

FON-

Digitized by Google

FONTIS IV. VENA IV.

Alluditur ad ſententiam proverbialem aut (quæ locum parœmiæ occupant) vulgi ſenſum, uſumque, vel amplificatione ſententiæ (aut quod ejus eſt loco) ad rem longè diverſam; vel exceptione à vulgata parœmia, factove: vel refutatione ejuſdem: vel alterius oppoſitione. Sic de Epulone argutè dixerit, *bene illum feciſſe proximis, ſi ſibi quiſque ſit proximus*, per applicationem ſententiæ ad oppoſitum ejus, quod expectari poterat. Aut ſi dixeris, *caviſſe illum ex conſilio Chriſti, ne ſiniſtra reſciſceret, quod donaret dextera*, cùm nihil ulli donaverit. Exceptio refutatioque parœmia haud admodum difficilis eſt, voluptatis tamen nonnunquam plena; ut infrà exemplis patebit.

§. 1. Exempla Martialis.

Ad Procellum. l. 1. ep. 25.

Heſternâ tibi nocte dixeramus:
Cœnares hodie, Procille mecum:
Tu non ſobria verba ſubnotaſti.
Μισῶ μνάμονα συμπόταν Procille.

Ad Candidum. l. 2. ep. 35.

Candide, κοινὰ φίλων hæc ſunt tua, Candide πάντα
Das nihil, & dicis, Candide, κοινὰ φίλων.

Locum ſententiæ occupant. l. 4. ep. 56.

Cras te victurum, cras dicis, Poſthume, ſemper,
Ille ſapit, quiſquis poſthume, vixit heri.

Et ad Vacerram. l. 8. ep. 65.

Miraris veteres Vacerra ſolos,
Nec laudas niſi mortuos Poëtas.

Digitized by Google

Ignoſcas petimus, Vacerra; tanti
Non eſt, ut placeam tibi, perire.

§. 2. Exempla recentium Poëtarum.

De Luthero.

In vino quia veritas, negabis
Lutherum reperiſſe veritatem?

De Fabio Caupone.

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci,
Legerat hoc Caupo Fabius. Bone Iuppiter, inquit,
Jam dulci miſcere mero licet utile flumen.

Ad Somnolentum & tardum.

Segnior Arcadio cùm ſis Luparæ caballo:
Semper onos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.

Ex agris decimæ.

Qui venit hinc fructus, fructus ſupereminet omnes,
Poſterior nono eſt, undecimoque prior. *

* *Alluditur ad Ovidii verſus, ubi maris fluctus dec-manos ſic deſcribit. Hic pro* fluctu fructus *ponit*

Literati etiam hoc tempore vectigales ſunt.

Olim intonſus erat, ſed nunc tondetur Apollo:
Toto vix anno ridet Apollo ſemel.

Avarus.

Improbus Herculeis [illegible] ultrà *tranſit avarus,*
Plùs ultrà *Caroli ſemper habere cupit.*

In ſtertentem ad lucernam.

Accensâ de nocte ſoles dormire lucernâ:
An vis, Marce, oleum perdere, non operam?

Sapiens.

Vir ſapiens miraculum, hodie miracla ceſſant.

Im

Digitized by Google

In te non ceſſant, [illegible], [illegible].

Dona, ut doneris.

Ex nihilo nil fit; da, [illegible] quod tibi.

In medio virorum [illegible] mulier.

Ambulat in medio mulier [illegible] virorum:
Virum [illegible] ergo bonum.

Vir bonus res pretioſa eſt.

Si quodcumque rarum, carum eſt pretioſumque [illegible]:
Credite mihi, res eſt tam pretioſa bonus.

In frigidum amicum.

Ignis amor ſi ſit, veluti proverbia dicunt,
Heu mihi, [illegible] eſt frigidus ipſe amor!

Totum in vino veritas [illegible].

Democritus verum [illegible] eſſe profundo;
Sed [illegible], [illegible].

Vivere, quàm mori pro patria dulcius eſt.

Pro patria ſit dulce mori licet, atque decorum;
Vivere pro patria dulcius eſſe puto.

Menſam rotundam quadrari.

Invenisti tandem eſt circuli quadraturam.
In orbe tota [illegible] Germanorum.
[illegible], Olbie, [illegible] rotunda [illegible].

Pacomus ad [illegible].

Poſtquam [illegible] [illegible], bene coepimus, inquit:
Dimidium facti, qui bene coepit habet.

Ad Claudium.

Tu plures fundos [illegible] te dicis habere,
Fundumque [illegible] & [illegible].
[illegible] fundus [illegible], ſed claudi [illegible] probatio,
Quod omne fundo claudicet.

Fur ex furca ſuſpendendus.

[illegible] arbuſta [illegible], [illegible] [illegible] Vt

Vt ſuſpendendus de trabe, Bambus erit.

Latro latroni.

Cuique ſuum, nobis placeant aliena, ſodales,
Ait latro ad latronem.

Hoſti optima cedunt.

Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis:
Primas modo hoſtis abſtulit.

Ad Horbum contentioſæ uxori junctum.

O mihi præteritos referat ſi Iupiter annos,
Horbe voves, Iove vix eſt opus, Horbe tibi.
Nupta tibi eſt uxor: qua ut primum rixa coorta eſt,
Præteritos annos, & tua facta refert:

Dives avarus.

Quiſquis penuriam patitur, hæredem ut beet;
Plus quàm ſeipſum diligit, Aule proximum.

Gula inconſulta.

Quod ſapit, hoc nutrit, Marus, inquit, & haurit acetū.

In maritum infelicem.

Si lis, quod Iuvenalis ait, uxoria dos eſt,
Duxiſti liten tu, ſine dote tamen.

Prodigus veſcens paleis.

Nunc mea res agitur, ſus grunniit improba quondam,
Cùm poſitas rueret Prodigus in paleas.

Multi accipere malunt, quàm donare.

Accipere humanum eſt, inopi donare Deorum:
Nunquam tam paucos credo fuiſſe Deos.

§. 3. Uſus & imitatio EXEMPLIS PROPRIIS.

[illegible]iquum eſt, ut & noſtrum hoc loco debitum ex[illegible]vamus; quod breviter, ſed ſuis tamen membris præſta-

præſtabimus. *Applicationem ſententiæ habes in Ep. 1. 2. 7. 8. 9. quam aut veram, aut ſimulatam eſſe vides. Exceptionem ep. 5. Refutationem ep. 6. Oppoſitionem ep. 4.* quæ uti vides referè conveniunt; ſola loquendi ratione diſcrepant.

DE CHRISTO NATO.

1.

Vox ea ſi vera eſt, volat irrevocabile verbum.
  Non licet è terris hoc revocare, Pater.

2

Pro patriâ mihi dulce mori eſt: ſic Regulus inquit:
  Pro patriâ naſci dulce morique Deus.

3.

Quærite jam lucem ſcelerati, prodita nox eſt:
  In media quærit vos modò nocte Deus.

In quo epigrammate uſus, ſeu mos ſceleratorum latere cupientium ſententiæ loco ponitur.

DE IVDA PRODITORE.

4.

Aſperius nihil eſt humili, dum ſurgit in altum,
  Vulgus ait, Judâ mitius hic nihil eſt.

5.

Pendere vult tortor non vult pendêre malignus:
  Dicitur in Juda non habuiſſe locum.
Scilicet ut tortor voluit pendêre, malignus
  Pendere, tunc facta eſt ſyllaba longa brevis,

6.

De te falſa fuit, Juda, ſcriptura, quòd arbor
  Si bona ſit, fructus non ferat illa malos.
Nam bona te nexo ſuſpenſum fune tenebat
  Planta; tamen fructus nil tulit iſta boni.

7.

Nemo ſuum Judæ caput auſit fidere: nulli
Hic bonus eſt, nequam qui fuit ipſe ſibi.

8.

Arbore quòd mediâ pendes ſuſpenſe, lucernam
Sub modio non vis, credo, latere tuam.

9.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.
Excipitur Judas penſilis ex laqueo.

Ex his jam fontibus pro inſtituta brevitate quantùm ſatis libavimus, ſingulas fontiùm venarumque partes inſpicere diligentius, atque ea quæ exemplis ubique tradidimus etiam verbis ſcriptiſque, præceptionibus latè exequi, operæ pretiùm vix cenſui: quod neque acutiores ea latere poſſint, neque pinguis Minervæ hominibus iſthæc dederim, qui ad aliquam concipiendi, ſcribendique ſubtilitatem atque argutiam non aſpirent.

§. 4. Quæ Epigrammata in reliquis excellant.

Quæ in ceteris excellant epigrammata, quæ acutè nervoſéque feriant, quæ obtuſiora ſint reliquis: ex legibus noſtris haud gravatè definies. In primò fonte idem de ſeipſo negatum, tum alterna converſione, affirmata, negatáve facilè eminent. In altero fonte alienantium, & venuſtè cauſa rei, & res à ſe ipſa, ſuiſve proprietatibus alienatur. In fonte tertio ſimilium diſſimiliumque permixta oppoſitio, exquiſitæ elegantiæ eſt. In quarto nihil ambiguitate vocum, artiumque regulis, ac ſententiarum correctione feliciter uſurpatâ lepidius. Illa verò epigrammata palmam

palmam ferunt, quæ ex plurium ſimul fontium, non inſipidis veris hauſta ſuaviſſimo ingeniorum pabulo, expectationem vincunt; uti illud ſupra allatum ex P. Stratio.

Miles es, & malus es, bonus es tamen, Attale miles:
Miles enim ut canis eſt: qui malus, ille bonus:

Ubi & ex primo fonte oppoſitio inter *bonus & malus.* ex tertio comparatio, *canis ad militem;* ex quarto alluſio inter *miles & malus* petitur. Sic elegantiſſimè Bahuſius.

Non omnibus, nec nemini
Fide, ſed cui vide.

Quod ex primo oppoſitorum, & ultimo alluſionum fonte argutiam habet cum veritate parœmiali conjunctam.

CAPVT VII.

Manuductio compendioſa ad epigrammaticarum argutiarumque copiam.

FUſius hucuſque propoſitum tum præceptis, tum exemplis ſum executus: nunc compendiò epigrammaticas argutias ſectantem perbrevi exercitatione ducam. Hoc exemplo ſcriptionis utamur. *Eſt pictor, qui Bembum, hominem opibus & cultu ornatum: verùm deformi facie, ita penicillo adumbravit: ut rudi lineamentorum imitatione parùm aptè & vultum, & veſtem expreſſerit: iccirco tamen Bembo placeat quòd minùs fœdâ oris effigie vultum reddiderit.* Hoc argumentum, quod argutiis imprimis idoneum eſt, epigrammatico placeat. Quid aget? quâ ratione huic promiſſa, ex quaternario illo fontium, copia ſuppe-

Digitized by Google

fluet? Dicam, ſed ne exſpectes omnia, per ſingulas à me venas ſuperiùs explorata. Primo igitur factum hoc, factoque adjuncta velut ea de re, in laudem, reprehenſionemve ſcripturus orator, expendet verſus uſitatus nonnulla ſuggeret.

Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando? Ex his, quæ circumſtantiæ ante alias ſerviant, obſervandum, ne per multa nimiùm ſparſus animus minùs perſpicaci intuitu ſingula oberret, aut ſucceſſu ſterili & inamœno adhæreſcat. Mihi imprimis hic expendere placuit. *Quis? & qualis Bembus? qua, qualiſque imago?* ubi primum occurret. *Turpem eſſe Bembum. Turpitudo autem in rugoſa & ſenili facie, in ſimitate naſi, luſcitie, vel lippitudine oculorum, aurium magnitudine, labiorum prominentia, gibboſitate, claudicatione, aliiſque oris & corporis vitiis conſiſtit*: quæ omnia epigrammati opportuna fient, ſi vel ex primo fonte repugnantium, opponantur eis, quæ in pictoris tabula aliter exhibita ſunt: vel alienentur ab ipſo Bembo: vel in comparationem diverſarum rerum veniant: vel denique amœnis alluſionibus illuſtrentur. Præeamus viam ſub perſona Diſcipuli interrogantis, & Magiſtri reſpondentis, ut apertior res fiat, & tardioribus licet ingeniis, pervia.

§. I. Vſus perbrevis doctrinæ in fonte repugnantium.

M*Agiſter*, Qualis eſt Bembus? *Diſcip.* Turpis homo. *Magiſter.* quid opponitur turpi? *Diſcip.* pulcrum eſſe. *Magiſter.* occurritne tibi aliquid Bembo proprium, cujus intuitu eum ſimul pulcrum dicas? *Diſc.* Imago

Imago eſt, ratione cujus pulcer dici queat. *Magiſter.* Rectè: ſed ut hanc oppoſitionem magis expoliares exornesque: poſtulo, ut edicas, unde turpis in ſe, modò in imagine formoſius evaſerit? *Diſcip.* Turpitudinem à natura ſive ejus autore: pulcritudinem à pictoris accepit manu, ſive etiam à coloribus. *Magiſter.* Jam elegantior evadet oppoſitio, cùm non tantum deformem Bembi vultum formoſæ tabellæ; verum & naturæ ingenium pictoris objicies, hoc aut ſimili carmine de Bembo.

Fuſcus erat, labriſque tumens, naſoque repandus:
Emendat color hæc omnia; pulcer erat.
Quàm ſapit hic pictor! naturam corrigit arte,
Et nova deformi forma colore redit.

Hoc epigramma ex vena prima repugnantium fluxit, quæ de eadem re ſimul affirmat, negatve. Quod ſi in altera concludere vena libeat, quæ repugnantia oppoſitis tribuit, naturæ & arti oppoſita addito, ut

Cùm bene tu patrem; malè te mentitur imago.
Tu formoſus eris, turpis imago tui.

In vena 4. unum oppoſitorum de altero inferemus.

Emaculat frontem Pictor, rugaſque ſcindes:
Dat formam navis, dedecorique decus.

Verùm ut ad tertiam venam ex eadem oppoſitione fœdi hominis, & tabulæ formoſæ aliquid deducas, & in quibus conveniunt, & in quibus rurſum adverſentur expendas; ita enim facilè conſentis utrimque prædicationibus, ut hæc vena ſolet, ludere poteris.

Bembus habet binos oculos, totidemq; tabella:
Bembus habet naſum, docta tabella refert.
Simus is, & lippus; ſed ſana tabella: quid ergo?
Diſſimilis ſimili eſt, diſſimili ſimilis.

Quanquam ſimpliciùs hæc converſio fieri poſſit.

Diſſimilis Bembo tabula eſt, Bembuſque tabella,
Sed tamen hoc vitio pulcrior illa placet.

Quòd ſi ex vena 5. quæ idem de ſubjectis diverſis negat, aut affirmat, epigramma derivare libeat: videndum præterea erit: num in duabus rebus (Bembo & tabula) ſibi adverſantibus, aliquid reperias, quod utrique convenjat. Ita cum turpem Bembum dixeris, etiam imaginem appellare licebit, ob inſcitam pictoris elegantiam, quâ malè Bembi ſimilitudinem expreſſit.

O nimis hunc fœdum! ſed cum malè redditur arte:
Fœdus erat Bembus, fœda tabella fuit.

Quòd ſi diceres. *Bis fœda Bembi eſt fœditas*, jam ad 5. venam ſpectaret, quæ idem de ſeipſo negat, aut oppoſitè affirmat. Quòd ſi tamen negando hac vena uti malis, ſic ponè.

Forma caret formâ, eſt abſque decore decor.

Ex vena 7. quæ unum oppoſitorum alteri præfert, aut ſubſtituit, facilè hac ratione diſſeres.

O Bembum facie turpem, pulcramque tabellam!
Erravi: fœdi fœda tabella viri!

Denique 8. venam haud difficulter aſſequêris, ſi priores exploratas habeas, quòd hæc non abſolutè, ſed ſub conditione repugnantia inter ſe committat.

Tam malè formatam Bembo monſtrate tabellam:
Si placeat, certè diſpliceat ipſe ſibi.

Porrò ſi ad alia diſtortioris adjuncta veneris, iterum per ſingulas haſce venas copiam facultatemque argutandi hauries. Dic *Bembum eſſe ſenem; ſed in tabula ſanum: delirum; ſed in tabula ſapientem*, &c. Uno alterove ejuſdem venæ carminerem abſolvo.

O quam-

1.

O quantum ingenii, quantum pictoribus artis!
Qui propè cæcus eras, jam puto, Bembe, vides.

2.

Eminet ex oculis tibi Moria, Bembe, rotundis,
Stultitia ex pendet naribus ipſa parum.
Diſſimulat pictor vitium prudenter ab arte,
Quamvis dextras, Bembe, tabella fugit.

Ceterùm ipſam imaginem, perinde ut Bembum, ejuſdemque affectiones, ad hanc quæſtionem (*quæ qualiſque ſit?*) excitentes, pari fœcunditate expendere poſſumus. Verùm & hæc tantùm delibo, quibus cum ſuperioribus coincidant. Ex verſu primo hoc erit.

Sit formoſa licet; tamen eſt deformis imago:
Tam malè quæ Bembum, tam benè quoq; refert.

Inflectas nonnihil ſcribendo, & verſum quartum attigeris.

Hæc tabula Bembi fœda pulcris exprimit,
Formamque dat deformibus.

Quòd ſi tertia ex verſu propoſitæ libéret, inflexione viciſſim adhibitâ, id effeceris: ut

Hæc tabula Bembi fœda pulcris exprimit,
Et pulcra fœdis comparat.
Hinc ſqualet oris forma deformis magis:
Formoſaque eſt deformitas.

§. 2. Exempla aliorum Poëtarum.

LUbet & hic quoque aliquam exemplorum, ſed ex materia diverſa varietatem ſubjicere. Quæ unique, per otium ad propoſita adjungenda, vel alios quoque, ex Rhetorum officina petitos argumento-

rum fontes licebit expendere. Nam unde quælibet ſcribendi argumenta, inde & argutæ dictiones peti ſolent; modò ſuis oppoſitis, ſimilibus aliiſque principiis, ad hoc genus dicendi requiſitis, juxta datas à nobis obſervationes, ornentur. Exemplis hæc etiam diſciplina potiſſimùm tenetur: cum cujuſque ingenii non ſit, vel ex ſua hæc inventione ſine arte deprōmere, vel ſine hoc Epigrammatum propoſitorum ductu ad paria aſpirare. Tribus itaque autoribus, poſt primam hujus libri editionem mihi prius cognitis, Societatis noſtræ Patribus, P. Boulogne Gallobelga, P. Alb. Jnes Polono, & P. Chriſtof. Kiſſenpfenning Germano, brevi nervoſaque Epigrammatum dictione laudatis, hic cum delectu aliquo uti placuit. Tum ne meis tantum exemplis ſtudioſum lectorem erudirem: tum ut vibrantia quandoque acumina, quæ ex diverſa materia facilius habentur, avido imitatori ſuppeditarem: Faſtidium quoque illud, quod ex ejuſdem rei longiori tractatione ſubnaſcitur, hac novitate abſtergerem. Per ſolos fontes, non venas diſtinguam. Hunc ſtudioſus quiſque laborem ſumere poterit, atque etiam (quod difficile non erit) experiri: an non aliqua inflexione ad diverſas rem eandem venas poſſit traducere, quodque alienum eſt, ſuo quodam colore veſtire, aut diverſo habitu ſibi quodammodo vendicare? Ut ab his ipſis Poëtis factum intelliget, qui priores his Epigrammatum autores attentius volverit: Nunc variari materia, nunc forma, nunc adiuncta poterunt, exercitatione ad hoc genus ſcribendi non parum profutura.

Fons

Fons Repugnantium.

Oppoſitio anagrammatica, ex nomine
Maria Magdalena.

1. *Grandia mala mea.*
2. *A me mala grandia.*

Grandia *quæ patior* mea *ſunt* mala, *vulnera monſtrant,*
E Cruce infami ſtipite, Chriſtus ait.
Magdala ſub cruce ſtans, à me mala grandia, *clamat.*
Hæc mea, ah! turpis vulnera fecit amor.

Chriſtus Crucem ferens.

Alternum obſequium tua Crux tibi Chriſte rependet:
Nam modo fers illam, te feret illa breui.

Felle potus orat pro Crucifigentibus,

O mitem JESVM *qui pro lædentibus orat!*
Fel bibit & tamen hæc felle columba caret.

S. Genovefa Matri cæcæ viſum reddit.

A Matre in lucem Genoveſa eſt edita: Matri
Grata iterum lucem dat Genoveſa ſuæ.

Senes morti vicini.

Ad mortem citius properat, cum tardius ire
Nixa ſuo baculo tarda ſenecta ſolet.

Viri divitiarum.

D*ivitias vir varus habet, ſed habetur ab illis*
Plurimus, inde viri *ſunt* multi divitiarum:
Divitiæ *è contra ſunt nulla penè virorum.*

In Polydorum hypocritam.

Dum ſiſſe gravis es medium, Polydore, per horam,
Eſſe tua levior nil gravitate poteſt.
Dum verè levis es totas, Polydore, per horas,
Eſſe tua gravior nil levitate poteſt.

Digitized by Google

Valens Imp. D. Baſilium nequit proſcribere.

Huic negat officium calamus, manus inſuper aret
Marcida, fitque æger qui fuit ante Valens.

Ad Celſum Juriſtam.

Perpetuis totum conſumis litibus annum,
Damnaq; multorum ſunt tua, Celſe, lucra.
Fortunam metire tuam; miſer haud potes eſſe:
Eſſes, ſi fieret nullus in orbe miſer.

Ad Linum Bibonem.

Vita tibi ſit longa cupis Line? pocula vita:
Si bibere eſt animus plurima paucæ bibe.*

** quod fiet diu vivendo.*

Gunebaldus & Brenus, ille malus Poëta, hic malus hiſtoricus.

Iure Gunebaldum non cenſes, Brene, Poëtam:
Iure Gunebaldus te negat Hiſtoricum.
Nam licet hiſtoriam tu pangas: ille poeſin:
Omnia tu fingis, fingit at ille nihil.

Pauper Diviti.

Divitias metire tuas, cum perdere poſſis
Omnia, quod poſſim perdere, nil habeo.

In pictorem nudorum corporum.

Ars tua naturam haud ſequitur: contrarius illi es:
Tu manifeſta facis, quæ jubet illa tegi.

Cambyſes Rex pelle iniquo Judici detracta, ſedem judicialem veſtit.

Iudicis hic cutis eſt, docti ſpoliare clientes.
Ipſi ſolverunt ære; ſed ille cute.

In Bibonem catarrho oppreſſum.

Occubuit vini gurges merſuſque catarrho eſt.
Quis vini ultrices eſſe putaret aquas?

Digitized by Google

[illegible]

In Helluonem prolapſum in flumen.

Exhauſit vino locupletis viſcera burſæ,
Et qui par Craſo vixerat Irus obit.
Irus obit patrio, ſed merſus turpiter amne:
Quamque dabant vitam vina, Moſella rapit.
Mirantur plures, ego nil mirabile cerno;
Quando bibit vinum Craſus, & Irus aquam.

§. 3. Vſus perbrevis doctrinæ in fonte alienatorum.

AD fontem alterum accedimus, per quem facilè eandem Bembi, tabulæve circumſtantiam, *qualis,* deduxero. Verùm ad varietatem aliquam faciet, & reliquorum etiam adjunctorum explorationem ſi proximam circumſtantiam, *quid*, excutiamus; quid videlicet, hinc pictor, atque inde Bembus etiam cogitaverit, aut voluerit? dixerit, aut fecerit? ubi affectus varii amoris, aut odii æſtimationis aut contemptus, induſtriæ, curæ impenſæ, actiones variæ: verbo, latiſſimus ingeniorum campus. Quæ omnia, ſi per fontem primum optares deducere, oppoſita, ut ſuprà monui, inveſtiganda eſſent: nunc aliena erunt, aut tribuenda rei, de qua agitur, aut propria ab eâdem alienanda. Vis quærendo te rurſum exerceam, ac veluti manu deducam? *Diſcip.* volo. *Magiſter.* tu potiùs me interroga: quia vereor, ut harum reſponſionum ſatis adhuc peritus habearis: nam deferendum aliquid eſt, quod vel ſuprà, vel præter vires, ingenii, indolem, aliaque adjuncta, perſonæ eſt, de quâ poſtulamur. *Diſcip.* Ad interrogandum ſanè expeditior futurus ſum. Quæro igitur, quid voluit pictor? *Magiſt.* voluit

voluit fœditatem Bembi in tabula coloribus & penicillo curare: rugas illi ex fronte caperata & ſenium tollere: voluit luſcitie, aut cæcitate ſublatâ, ſanos illi oculos reſtituere: turpem ornare: pretium ipſius formæ conciliare: autoritatem latenti, & amorem inter abſentes & incognitos. Quid plura? *hæc aliaque præſtare voluit pictor, quæ tamen non potuit, cùm ab ipſius arte, ingenio, & viribus, ſint aliena.* Ecce materiam, quâ per ſingulas hujus fontis venas te breviter ducam.

Vena 1. quæ alienationem rei à perſona requirit.

Bembe tibi frons eſt ſulco caperata ſenili.
In tabula frontem cernimus tuam:
Sed paritas adeò eſt diſpar, ut fronte tabellam,
Aut Bembum credas fronte carere ſuâ.

Aliud.

Collatus tabulæ tu vilior eſſe putaris;
An forſan tabulæ factus imago tuæ es?

Vena 2. quæ alienationem à rei aut facti natura poſtulat.

Quantumvis ægro vegetos dedit ære colores:
Pallidus eſt vultu Bembus, imago rubet.
Credo etiam medicus pictor cupit iſte videri:
Emendat morbum ſana tabella tuum.

Vena 3. quâ alienatur rei cauſa, aut effectus.

Suſtulit ætatem, tibi Bembe, tabella ſenilem;
Hinc meret ætatem ferre tabella ſuam.

Aliud.

Vilis eras quondam tanto pictore negato;
In pretio nunc es, Bembe, tabella facit.

Vena

Digitized by Google

Vena 4. alienatur res à moribus, legibus, aut ordine, &c.

Turpis erat facie Bembus, ſed ſplendidus oſtro:
At pictor veſtem negligit, ora nitens.
Corrigit errorem Bembi ſimul atque parentis:
Hic minùs ornatus contulit, ille nimis.

Vena 5. quâ alienatur res à loco, aut tempore.

Cùm ſeſe horreret Bembus; pictoris ab arte,
In tabula formam cœpit amare ſuam.

Vena 6. qua res à ſignificatione alienatur.

Digna oculis tabula eſt, oculos, quæ reddit ademptos:
Et meruit lucem quæ dedit antè tibi.

Qnod ſi lubeat ad interrogationem, *quid?* Bembi etjam affectus actioneſque examinare, nova ſeſe rurſum affundet ſcribendi ubertas. Quid enim agit Bembus? *amat tabellam ſibi diſſimilem. Optat ſe illi aſſimilari potiùs, quàm illam ſibi. Superbit alieno colore, & errore. Non illi placeret pictor, niſi erraſſet. Iam ſe dignum amoribus, & ſponsâ credit, cui hac tabellâ perſuadeat,* &c. Quæ omnia carmine non proſequor, paucula ſuffecerint.

Venæ primæ eſt.

Obſtupet, ac formâ deceptus amore: vovebat,
Ah utinam forma pingeret arte mea!

Aliud.

Dum cernis proprium depictus imagine formam,
In tabulam cuperes, Bembe, migrare tuam.

Venæ ſecundæ eſt.

Nil ſimile eſt Bembo; tamen hac placet arte tabellâ.
Quòd malè conveniant, hinc bene conveniunt.

Aliud.

Si cupis uxorem, pro te modò mitte tabellam:

Quo

Quod ſuadere nequis Bembe, tabella poteſt.

Aliud.

Nil artis pictura habuit, quod poſſet amari,
Nil veri in tabula, quodque placeret, erat.
Sed tamen in forma ſibi viſus uterque placere,
Ipſe ſuâ Bembus, pictor & ipſe ſuâ.

Cetera lectori exercitationis cupido relinquam; ne qui compendio hæc tradere ſtatueram, à propoſito aberrem.

§. 4. Exempla aliorum Poëtarum.

In Fonte Alienatorum.

S. Xaverii Mors in India.

Tunc occidit in oriente ſol,
In India cum mortuus
Franciſcus *eſt Xaverius.*

De Adamo.

Indignus Patris eſt venerando nomine, quando
Nos prius occidit, quàm generavit Adam.

Judas crepat medius.

Dum temerè nimium ſaltaret ab arbore Iudas,
Rupturam paſſus, viſcera fudit humi.

Judas & Chriſtus.

Calcatur pede Chriſtus *impiorum,*
Iudas arbore pendet in praalta:
Hic eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum.

Chriſtus ſpinis coronatus.

Infixam capiti geſtas, bone Chriſte, coronam.
Hoc ſtabile imperium denotat eſſe tuum.

Aliud in Chriſtum coronatum.

Ingenioſus amor, dolor ingenioſior: an non

Pungen-

Digitized by Google

Pungendo hic Dominum, prorſus acutus erat?

Chriſtus fert arundinem.

Portat arundineo levè Rex de ſtipite ſceptrum,
Rex nempe imperium non grave noſter habet.

Pilatus nullam in Chriſto cauſam invenit. Jo. 18.

Si nulla in Chriſto cauſa eſt, Deus eſſe probatur:
Solus enim cauſam, neſcit habere Deus:

Clavis affixus.

Non opus eſt clavi *reſeretur ut arca ſalutis,*
Clavus *enim quivis hanc aperire poteſt.*

Chriſtus Rex dolorum.

Crux thronus eſt, diadema vepres, ſceptrumq; paluſtris
Canna, hoc mactatus *Chriſtus* honore *fuit.*

Petrus inverſus Crucifixus.

Quamvis ſis verſo crucifixus corpore Petre,
Non tamen ex capite eſt lapſa corona tuo.

Verbum caro factum eſt.

Anagr. *Fert voces, arcum, tubam.*

Parvulus ecce puer voces, arcumque, tubamque
F ert; *exercituum quis neget eſſe Deum?*

Aliud Anagr. *Ecce ut fumat urbs Roma;*

Ecce Dei caſto Roma urbs ut fumat *amore,*
Ex Bethlem in diſtans tam procul ignis agit.

Sacramentum *Anag.* mare ſanctum.

O ſacramentum, mare ſanctum! mergar in iſto
O utinam, & peream totus amore, mari!

Domitius Nero ſe occidit.

Majorem patria ferro non ſuſtulit hoſtem,
Quàm cùm ſe è vivis ſuſtulit ipſe Nero:

In moroſum hoſpitem

Deſipiunt mores, ſapit at tua menſa: videtur

Menſ

Digitized by Google

Mando tibi facias nil, Capitoſe, boni.

In jactabundum, ſed pauperem nobilem.

Plena tibi domus eſt, quas texit arena, telis:
Iſtud Arachnea quis neget artis opus?
Eſt tibi vermiculis toga plena albéntibus: iſtam
Vermiculati operis quis neget eſſe togam?

In Ponticum procum.

Eligito uxorem pra magnâ Pontice, parvam:
Inter utrumque malum præſtat habere minus.

Ad Plancum hoſpitem.

Infirmor quoties mala das mihi fercula, Plance,
Quando habeor melius, mox habeo melius.

Ad Magdalenam.

Ex oculis amor elicuit, tibi Magdala, fletum,
Et genuit, (quiſnam crederet?) ignis aquas.

De ſpinea Chriſti corona.

De Chriſti ſpinis quoties Epigrammata ſcribo:
Illa ſuum in promptu ſemper acumen habent.

Aliud de eadem.

Ecce Dei verbum pungit ſpina horrida! Verbum
Quis neget in ſpinas jam cecidiſſe Dei?

In claudum fallacem.

Hinc huc, hinc illuc pes claudicat: hinc procul, hinc, hinc,
A me: claude, tibi eſt, ſi quoque clauda fides.

In Rasfalum Cancrivorum.

Quando voras multos in cœna Rasfale cancros
Hos indigeſtos nocte ſequente vomis.
Hos ego vulgares certè non judico cancros,
Vivi atque exanimes qui retroire ſciunt.

Verbum Dei non eſt alligatum. 2. Tim. 2

Paulle, alligatum numquid eſt verbum Dei,
Chriſtum ad Columnam cum vides?

D

De Tito Bibulo.

Poſtquam tres cyathos fundum Titus hauſit ad imum:
O quam ſicca, inquit, gaudia mundus habet!

In Mevium decoctorem.

Externas nunquam non luſtras, Mevie, terras:
Nempe extat terra portio parva tua.
Nulla tibi patria reliqua eſt poſſeſſio, glebæ.
In cælo ſaltem quod tueare, habe.

In Battum.

Quod me ſæpe negas; non te nego, Batte: Poëtam:
Quando, mentiri & fingere, dicis idem.

Ad Plancum.

Res mira: eſt vacuam gravius portare crumenam,
Quam ſi tota auro divite plena foret.
Et quamvis ſoleat præſens gravis eſſe moneta:
Abſens, crede magis, Plance, moneta gravat.

Ad hominem barbatum, ſed timidum.

In cervis-hircos (veterum commenta Sophorum)
Et barbâ, & pedibus, Cæciliane, probas:
Hircum barba facit: nuperrima te fuga cervum:
Ergo merum nobis ens rationis eris.

Ad Chriſtum fuco utentem.

Qui faciem minio pingit, plumboque capillum:
Non eſt hic verus, ſed Clite, pictus homo.

In Lutherum ſalis modios cum Dæmone abſumentem, ut ipſe faſſus eſt.

Si ſalis abſumpſit modios cum Dæmone Luther:
Cauſa patet quare noctè dieque bibat.

In Hæreticum ſe Dæmoni devoventem.

Hæreticus nil dat, cum ſeſe devovet orco:
Nam quod Dæmonibus donat, id antè tenent.

In

Digitized by Google

In morte Chriſti ſol defuit.

Te moriente ſuum niſi ſol jubar abſcondiſſet:
Clara minus nobis mors tua, Chriſte, foret.

B. Franc. Borgia, cadavere Iſabellæ ſpectato, converſus ad vitam religioſam eſt.

Hauſiſti è tumulo vitam, res mira! ſepulcrum,
Qui locus eſt mortis, Borgia, vita tibi eſt.

Ad Lutherum.

Si tua cerdones pice tincti biblia verſant,
Cur infecta locis pluribus eſſe negas?

Herodias caput S. Joannis regno præfert.

Dimidio regni caput emit adultera: quanti
Sit pretii vates integer, ergo patet.

Virgo ſimulat ſe matrem.

Virgo propinquantes cum Belgica cerneret hoſtes,
Infantem mammis admovet illa ſuis:
Ingenium caſtæ commendant caſtra puellæ,
Quæ matrem, ne ſit poſtea mater, agit.

S. Adrianum manibus truncum oſculatur uxor.

Cum tua te truncis vidit Natalia palmis;
Euge, ait, o conjux optime, Martyr eris.
Non procul eſt tibi, quam feſtinant ſidera, palmam:
Palma eſt in manibus nunc Adriane tuis.

S. Silveſter libellum, nomina pauperum & Viduarum complexum, legebat indies.

Omni luce brevis relegis bene verba libelli:
Nam quot verba ibi ſunt, ſunt ibi tot capita.

In ſtudioſum bibonem.

Vendit Eber pauco pretioſos ære libellos
Ut madeat dulci nocte dieque mero.
Vaniit octo meri pôclis Cicero, Plato ſeptem:
Quinque Theophraſtus, ſex Maro, Naſo tribus.

An ſit habendus amans ſtudiorum neſcio: certè
Helluo librorum eſt jure vocandus Eber.

In jactabundum Medicum.

Re medicus non es, ſed lingua, Dactyle: nonne
Sanandi genus hoc te docuere canes?

In quendam lecto fixum, & ſtationum preces orantem.

Fixus adhuc lecto loca Chriſti ſanguine nota
Cum ſenſu, ut memoras, relligionis obis.
Res eſt relligioſa: tuis ſed laudibus adde,
Nudis quod pedibus confici, iſtud iter.

Dæmon S. Gudulæ lucernam extinxit.

Ne pateat tua fraus extinguis lampada: ſed jam
Clarius extinctâ fraus tua luce patet.

Milites Alexandri Jovis ſtatuæ aureum fulmen ſuſtulerunt.

Dum miles raperet Iovis aurea fulmina, totus
Ardebat ſimili fulmine ſæpe peti.

In fucatam.

Gellia picta genas hominum non fallis ocellos:
Res clara eſt: fucum tu tibi ſola facis.

Apollonius auro reperto ſanatur.

Hippocrates medici doctè vim prædicat auri,
Quod ſolo viſu ſanat Apollonium.

In S. Leonem patriæ Patrem dictum.

Si patria Leo ſit genitor, fruſtra ergo Latini
Imperii mater creditur eſſe lupa.

Niceta in os mulieris impudentis præmorſam linguam expuit.

Eloquio clarum cecinit te docta vetuſtas,
Et fluxiſſe labris Attica mella tuis.
Aſt tua te tandem vicit facundia, quando

Elingui laudas ore pudicitiam.

In Roboámi dictum 2. Par. v. 10.

Si Patris eſt dorſo digitus *tibi craſſior*, ergo
Grande bovis debes inſtar habere caput.

In Platonem ſubmerſum.

Luce bibit totâ Plato, noctu lapſus in Iſtrum eſt:
Non ſapiunt, qui ſic nocte dieque bibunt.

In Prædicantem qui anum moribundam ſtentoreo clamore occidit.

Languentem horrifico vetulam clamore Miniſter
Excitat, illa velut fulmine tacta ruit.
Hanc vocem cœlo miſſam putat eſſe maritus,
Tam citò qua vetulam duxit in aſtra ſuam.

In Evam Serpenti obſequentem.

Quod dabit hoſtis Eva pendebat ab arbore pomum.
Eſſe loco pomi dignus uterque fuit.

S. Euphroſyna virili habitu ignota apud Patrem eſt.

Quam tenet ante oculos, quærit Pater. Heu infelix!
Nam ſimul ut reperit, perdidit Euphroſynen.

Dæmon Zvvinglio apparens noctu.

Albúſne fuerit, an niger tuus Zvvingli
Nocturnus hoſpes, haud liquet: nigrum cenſent
Luther & Melanchthon: Zvvinglii ſchola eſt albus.
Res mira! cœci de coloribus certant.

§.5. Exercitatio in fonte Comparatorum.

ET tertium fontem deguſtemus, qui argutis comparationibus lapidè recreat, præſertim ſi oppoſitione, aut alienatione rerum permiſtus fluat. Hic (ut in ſuprà expenſis adjunctis hæreamus) ex te

quatro,

Digitized by Google

ſero, cui rei, aut Bembum, aut pictorem, aut tabu-
m ſimilem eſſe, aut diſſimilem arbitreris? & ne
rita nimium uni quæſitione perſtringam: Bem-
m, qui fœdè adumbratatam imaginem amplecti-
r, cui rei ſimilem facis? *Diſcip.* Ut opinor, *ſimulis*
rnicula eſt, alienis plumis ſuperbienti: aut ſimia, ſuam turpi fetu imaginem exoſculanti: aut etiam Pavo-, inani colorum in cauda aſſulgentium ſpecie capto, atque: cum Narciſſo etiam in comparationem venire ſet, qui vultus ſui imagine miſerè captus eſt. *Magiſt.* m abundè pro ſingulis hujus fontis venis ſuppedi-
tum materiæ eſt, cetera non inquiram, ſed nec hæc
hibebo omnia, unum alterumve ſuffecerit.

ro vena prima eſt, quæ ex ſimilium inter ſe compa-
ratione minùs exſpectata conſtat.

Quod pulcris ſpeculum, Bembo præſtabit imago:
Inde aliis. Bembo hinc conciliatur amor.

Vena 2. in qua alterum ſimilium alteri ratione aliquâ
præfertur, licet præferendum non videretur.

Conſulat is ſpeculum, forma qui dote ſuperbit:
Pro ſpeculo Bembus conſulit hanc tabulam.

Vena 3. quæ ſimilia aut diſſimilia cum oppoſitione
comparat.

Narciſſus, ſic picte novus mihi, Bembe, videris,
Tam pulcrâ roſeas pingeris arte genas.
Illum fontis aqua, te pictor tranſtulit arte:
Tuque odio, hic forma verſus amore ſuæ eſt.

Vena 4. quæ eandem rem ſecum comparat.

Se videt in ſpeculo, contraque in imagine Bembus:
Oderat hic ſeſe Bembus, amabat ibi.

Plures hic ex comparationibus allatis, aliis didu-
cendas exornandaſque verſibus relinquo: quod fa-
cilè cum venuſtate etiam fecerit, qui ex primo

Digitized by Google

oppoſitorum fonte eas varietate aliquâ irrigaverit; ſed ut ne ignores, quàm fecundè hic fons affluat: animadvertendum erit, ad pleraque exempla in fonte primo, alteroque adducta ſimilitudines adhiberi poſſe. Nos ad illud ſolum, quod Bembus ſibi ſua in imagine placuerit ſimilia poſtulavimus: ex quib. de ind. ſimilibus, vix aliud præter unum à ſpeculo deſumptum, ſuis venis deduximus: ut intelligas quâ ubertate argutiarum hi fontes, venæque ſcaturiant.

Diſcip. unius mihi hic in mentem ex ſuperioribus venit. Quid ſi Bembum ſenilis rugoſique vultus hominem, juvenili tamen effigie adumbratum, cum anno componam, qui à brumali facie vernam induit hoc carmine?

Canus erat Bembus brumâ tingente capillos,
Sed vernis pictor veſtiit ora roſis.
Ne mirêre ſenem verſo juveneſcere vultu,
Tempora nam brumas verna ſubire ſolent.

Quid ſi etiam Bembum cum umbra comparem, ita ut *ſua eſſe dicam imaginis umbram, utpote illâ vilior.*

Magiſter. non parum argutè, imò & *imaginem umbræ aſſimilare poteris: verum cum exceptione, ut quæ ſuo ſit corpore fortuoſior.* Licebit & *cani Æſopico comparare, qui umbram Lucanicæ in aquis majorem, illâ neglectâ conſectatus eſt.* Denique luditur, & diſſimilibus in hoc fonte perinde eleganter. Verùm hæc omnia quæſtionibus, & verſibus exhaurire ſupervacaneum, in re non omnino difficili, exiſtimo.

§. 6. Ex-

Digitized by Google

§. 6. Exempla aliorum Poëmatum.

In Fonte Comparationis.

Qualis debeat eſſe Epigramma.

Omne epigramma ſit inſtar apis: ſit ei [illegible]
Sint ſua mella, ſit et corporis exigui.
[illegible]
Quam [illegible] ad [illegible]
[illegible]
Ad [illegible] Poëtam.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Lentulo [illegible]
[illegible]
Cornelio tamen [illegible] Lentulo Cornelio.
[illegible]
In [illegible]
Non [illegible] ſi [illegible]
[illegible]

B. Virgo Eliſabetham [illegible]

Virgo Deum [illegible]
Tunc cum Sole [illegible] Luna [illegible]
Chriſtus [illegible]
Quando Dei [illegible] ſuit [illegible]
Tunc mundus [illegible]
Tenebræ in morte Chriſti.
Non mirum [illegible] Chriſto [illegible]
Semper magna [illegible]

Digitized by Google

Virgo ſub cruce.

Pallet & in lacrymas Nato exſpirante liqueſcit
Mater; nunc, ſi unquam, pallida luna pluit.

Hoſtia ſacra. *Anagr. Ah! cor ſatias.*

Unus Alexandri cor non ſatiaveris orbis:
At mihi ſufficiens unus hic orbis erit.
Ah Jesu! *ah! niveo, quem panis adoro ſub orbe,*
Ah *tu* cor ſatias hoſtia ſacra *meum!*

Panis Angelorum: *Anagr. Non paries gulam.*

Quantumvis caro ſis, quantumvis panis & eſca,
Non paries *ideo tu mihi Chriſte* gulam.
Panis es Angelicus caro Numinis, eſca ſalutis.
Non gula, non ſcelus hic invenit ergo locum.

Flens Magdalena de Chriſto.

Nix ego ſum, imò nihil. Sol eſt, imò omnia, Chriſtus:
Ad ſolem hunc veluti nix liquefacta fluo.

De ſpinea Chriſti corona.

Major ſpinarum ſolet eſſe, minorque roſarum
Copia, vernantes cum parit hortus opes.
Plurima ſed quamvis ſit Chriſti in vertice ſpina,
Cerno tamen plures ſanguinis eſſe roſas.

De Simeone Stylita.

Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis,
Supra Pyramides quando Stylita ſtetit.

Virginitas oculos continens.

Lilia, nix, cygni quamvis candore triumphent;
Plus ego candorem virginitatis amo.
Disgregat illorum candor; ſed congregat hujus:
Diſtrahit ille oculos, colligit ille meos.

Quid ſit vita?

Vita quid eſt hominis? folium, flos, fabula, fœnum,
Umbra, ſagitta, vitrum, ſcena, pruina, cinis.

Fumus, arundo, vapor, filum, rota, pluma, vorago.
Nix, pila, teſta, trochus, bulla, favilla, nihil.

Neſcio vos, dicet Chriſtus ad Hædos.

Quid mirum eſt hædos non noſci à Iudice Chriſto?
Solas agnoſcit, qui fuit agnus, oves.

In Poëtam impudenter argutum.

Quo mage ſalſus caro eſt fætet minus; at tua tanto
Plus fœtent, quò ſunt carmina ſalſa magis.

P. Maſtrilio capite plexo terra apud Japones tremuit.

Excelſa haud mirum eſt fidei labente columna,
Pondere ſub tanto contremuiſſe ſolum.

In Mundum perditum.

Vis tibi, Munde, ſacrem prima decus omne juventa:
Differri in ſenium, vis pietatis onus.
Naufragium ergo prius ſuades, quàm quærere portum:
Nemo ſolet portum quærere naufragio.

S. Daria à Leone in Lupanari defenditur.

Quam bene mulieris hic loco Leo cuſtos
Ruit in lupanar! feminam poteſt ſolus
Leo rex ferarum tegere tot lupas inter.

§. 7. Exercitatio in fonte alluſionum.

VLtimo denique fonte hauriemus, qui latiſſimus & maximè eſt varius; ut propemodum tot fontes novi, quot venæ ſubnaſci videantur. I prima igitur vena inquirendum: num quid occurrat, quod ambiguitate vocis, aut ſententiæ delectet? ut *fingamus promiſſionem connubii, à ſponſa Bembum obtinuiſſe, imagine ad illam ſubmiſſâ, verùm illa deinde Bembo venienti oſtium præcludat.*

Digitized by Google

præcludat, dicatque ſe Bembum jam domi poſſidere, cui fidem dederat, videlicet imaginem: alium ſe nunquam nec amaſſe, nec voluiſſe.

Sponſa fidem dederat viſo ſub imagine Bembo:
Stare tamen Bembus cogitur ante fores.
Hunc ego non novi, dixit, procul iſte Chorœbus:
Sponſa ego ſum Bembi, Sponſus imago mihi eſt.

Ad venam ſecundam anagrammatica, & inflexa nonnihil verba ſpectant. *Bembus verò cum nomen difficile pro anagrammate habeat, dicit poterit, à nullo illum mutari, niſi ſolo pictore potuiſſe.* Licebit ad igitur pictoris ingenium manumque alludere, qui *magis fingere, quàm pingere* viſus ſit.

Purpuream Chlamydem, Bembi picturus, ab oſtro
Nil habuit veſtis, ſanguinolenta fuit.
Turpia formosè, formoſaque turpiter ornas:
Pingere non puto te, fingere crediderim.

Ad tertiam venam de antiquitatibus fabuliſque ubi veneris, quanta hic copia! Dic *Therſiten eundem, & Paridem eſſe.* Dic *pictorem Podalirio feliciorem, qui tam deformem curaverit morbum*: aut *præ Circe artificem, qui hujus tam aptè formam mutaverit.* Vel ita etiam lude.

Quem nollent Hecuta, pictoris gratia fecit,
Inter Penelopes ut queat eſſe procos.
Philyrides herbis valeat, Podalirius arte:
Qui formam informi dat, mihi major erit.

Vel.

Decrepitus Bembus tabulâ juveneſcit in ipsâ;
Nil Medeâ opus eſt, pictor id arte poteſt.

In qua vena facilè intelliges, quâdam ſimul oppoſitione eſſe opus: neque enim quæcunque antiquita-

tis

Digitized by Google

[illegible] ratio, [illegible] a[illegible] [illegible] and [illegible]. [illegible] Pa[illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. Q[illegible]

[illegible] C[illegible]

Q[illegible] diversis; quid [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. N[illegible], [illegible] [illegible] [illegible].

Q[illegible]
Placere [illegible]:
Hoc arte [illegible]
Nam [illegible] pare.

§. 8. Exempla [illegible] P[illegible]

In F[illegible]

P[illegible]

G[illegible] [illegible]:
[illegible]
C[illegible]
[illegible] Anno [illegible]
D[illegible]
C[illegible]
De[illegible] C[illegible]
Q[illegible]
D[illegible]
[illegible], [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible]:

 Li[illegible]

Ad te ego anhelo, inde hæc nunc ſunt metra biucla adeo.

Ænigma arithmeticum.

Ter tria *ſunt ſeptem,* bis ſex *tantummodo ſex ſunt.*
Sunt ter quinque *decem, ſunt* ſemel octo *novem.**

* numerantur literæ.

De Fortuna indeclinabili ad Ottonem.

Actum eſt, fortunam non declinabimus *unam:*
Caſus mille *in eâ ſunt licet, Otto, Deâ.*

Diſcipulis in via Emaus ſupervenit Chriſtus. Luc. 24.

Dum fabulantur invicem; en tibi, non Lupus,
Sed agnus *eſt in fabula.*

Alexander dormiens Homerum ſupponit capiti.

Suppoſito ſibi Rex Macedo indormivit Homero,
Quis Regem hunc libris incubuiſſe *neget?*

Saulus ex equo dejicitur.

Meritò prius deponitur,
Doctor *futurus* gentium.

De reſolutione animi.

Sorte erit in quavis re-ſol-ut *tibi muſica ſuavis,*
Obſecro fac notas, *has tibi amice* Notas.

Adhortatio peccatoris ad pœnitentiam.

Lætatus ſum, *cantaſti ſatis impie, tandem*
Cantare incipias & miſerere *ſemel.*

Venus & Lucifer juncti.

Scis quid amat quiſquis Venerem veneratur, amatque?
Vinum eſt Aſtronomis Lucifer atque Venus.

Veſpillo ſepultus.

Qui toties aliis foveam *Veſpillo paravit,*
Incidit, ô *rectè! jam ſemel ipſe in eam.*

S. Barbaram fruſtra Dioſcorus ferit.

Proficit à flagris mea natæ, Dioſcorus inquit,
Et plus evincit Barbara, *quam* Ferio.*

* alludit ad figuras ſyllog. Logicas.

Judas

Judas abiit in locum ſuum: Act. 1.

Qui vixit inſtar ſordidæ *Iudas* ſuis
Rectè abiit in locum Suum.

Chriſtus à Judæis in faciem cæditur.

In faciem palmis Chriſtum gens improba cædit:
Hanc quis palmarem *nequitiam eſſe neget?*

Flagellis cæditur.

Erubuit flagrum Domini cum terga cecidit:
Ad ſcelus hoc lictor non tamen erubuit.

Aliud.

Es Patris Verbum, pateris ſed verbera, Chriſte.
Verbum paſſivum jam ſcio quid ſit amor.

Aliud.

Pilate, falſis teſtibus poſthac fidem
Adhibeto nullam. Cum flagellaſti Deum,
Tunc ipſa nuda veritas *apparuit.*

Joan. 18. *Quid eſt veritas?* Anag. *Vir eſt qui adeſt.*
Pilatè ceſſa quærere: quid eſt veritas?
Vis ſcire quid ſit veritas? vir eſt qui adeſt.

Joa. 1. *Verbum caro factũ eſt* Anag. *O beatũ creas fructũ.*
O fructum, bone Chriſte, creas fructumque beatum,
In mundum fructus *cum* benedicte *venis!*

Ubique Crux.

Pix, pax, fex, fax, lex, lux, nex, nix, nox quoq́, ſtyx, ſtrix,
*Et Rex, & grex, & Crux habet ipſa Crucem.**

* alluditur ad literam x.

In Lælium avarum.

Non vales, Læli, dare, dicis. Cur? quia non vis:
Eſto volens *dare quod poſtulo, eriſque* valens.

Tentatio.

Afficit *in primis quævis tentatio mentem.*
Efficit *aſſenſum poſtea, ni caveas,*

Inficit *inde ſcelus conceptum pectore: tandem*
Officit *æterno dum cremat igne reum.*

In Flaccum ebrium.

Nunc ſe Flaccus inebriat
Vino, nunc cerevíſia:
Hinc nunquam eſt ſimilis ſibi,
Sed ſemper ſimilis ſui *

* Ludit in ſui pronomine, & nomine.

In menſales ſermones Lutheri.

Menſales Martine ſales, Luthere lutoſe,
Doctor Porceuſis, * *cum loquereris eras*

* Lovanii celebres.

In Bombilium barba raſum.

De mento *tota eſt tibi Bombile barba refecta.*
Quis dementatum *te neget eſſe modo?*

In Bartholomæum Juriſpentum ſtatura brevem.

Bartholus *es potius quam* Bartholomæus, *amice.*
Nam brevis, & ſimul in jure peritus homo es.

In mendicum maledicum.

Impia qui nuper maledicta effuderat ore,
Pro ſtipe *mendicus,* ſtipite *dignus erat.*

Rara eſt concordia formæ atque pudicitiæ.

Quam rarus tam charus erit mihi crede venuſtus
Is juvenis, qui non à Venere uſtus *erit.*

De Oveno impuro ſcriptore.

O Venus, *ò ſi te non dilexiſſet* Ovenus,
Dilectus vates, quàm foret ille mihi!

Vinum aqua mixtum non turbat.

Lymphatum *vinum, facit, inquis,* lympha: *quid inde?*
Deſipiat *vinum, dummodo* tu ſapias.

Epitaphium ebrioſi in dolio ſepulti.

Hic jacet intra urnam, extra urnam qui ſæpe jacebat.

Tuma

Tunc temulentus homo, *nunc* tumulatus homo.
Quam vivens toties vino vacuare ſolebat,
Implet tandem urnam *mortuus ipſe ſuam.*

Ænigma de Pediculo.

A pede quæ parvo deduxit beſtia nomen,
Non carmen, carnem, *ſed tamen ingreditur.*

D. Anna parit ſenex D. Virginem.

Quo nata eſt Virgo, fuit etſi fertilis annus:
Fertilis at longè plus anus Anna *fuit.*

Ad Celerinum de gratitudine.

Qui dedit ingratis, dedit is ſua numera gratis:
Qui gratis, *gratis nil, Celerine, dedit.*

De choreis.

Quorum cor totum eſt in ſaltibus, atque choreis.
Nonne etiam totum eſt in pedibus cor eis?

De feminis litigantibus.

Poldria cum Greina ſemper nova jurgia miſcet.
Pax *apud has non eſt feminei generis.*

In Parentem S. Barbaræ.

Barbarico nata genitor vitam eripit enſe:
Barbara non nata eſt, Barbarus eſt genitor.

Viciſſitudo rerum.

Poſt tempus ſudum tempus ſuccedet & udum:
Poſt fletum, lætum denuo tempus erit.

Bellum.

Conſeritur *cum pugna, frequens caput enſe ſecatur:*
Martio enim in campo, cum ſeritur, metitur.

Miſeriæ.

Hoc optimum eſt in vita malis,
Aut brevia ſunt, aut levia ſunt.

Barba.

Barba ornamentum *bene dicitur eſſe virile:*

Ornat enim mentum *barba cuique viro.*

David.

Regius egregius *David eſt pſalmiſta vocandus:*
E grege *nam ſumptus regia ſceptra tulit.*

Ad S Antonium.

Sub porci ſpecie Antoni te terruit orcus:
Vix aliquid diſtans porcus & orcus *habent.*

In Ubaldum Lurconem.

Quidnam eſt Lucratus *quando es* Lurcatus, *Vbalde?*
Nil de divitiis, *plurima* de vitiis.

Religioſus.

Per triplex votum Chriſto me conſecro totum,
Non poſſum eſſe Dei, ſiquid habebo mei.

Studium ſcholaſticum.

Eſt ſtudium ſtadium: *fruſtra hic ſe nemo fatigat.*
Ad celſos apices, proxima ſcala ſchola *eſt.*

De S. Catharina.

Æternam & ternam *retulit Catharina coronam:*
Martyr enim & Virgo, denique docta fuit.

De aſello Neſtoris.

Dilectum ſtrigili Neſtor dum radit *Aſellum:*
A ſolito poſtquam fortè labore redit.
Dentibus oſtenſis pigra beſtia ridet, *avenam*
Mox rodit, *pleno ventre deinde* rudit.

Clavis duplex Pontif. & duplex aquila Cæſaris.

Pontificis duplex Romani teſſera clavis:
Duplex Romani teſſera Regis avis.

Pilatus Chriſtum flagellatum ſiſtit.

Correptum *paulo ante flagris*, producis *Ieſum*
Prætor: communis *ſit tibi Chriſtus erat.* *

* ad quantitatem ſyllabarum alludit.

Ad

Ad B. Virginem Deo gravidam.

Maria Virga & Virgo rectè diceris:
Quia Alpha & Omega in te habes.

In Nolanum petacem.

Nolane, quavis poſtulat aliquid die.
Rogationum *qualibet apud te eſt dies.*

In fidicinem mendacem.

Dum promiſſa negas, dum veris falſa remiſces,
Tot tibi cum fidibus, Fauſtule, nulla fides.

Ad Zollum obeſum.

Venter aqualiculus fruſtra tibi, Zolle, vocatur.
A vino hunc debes dicere, non ab aqua.

De Medicis.

Eſt bene, ſit quamvis Medico ſpes omnis in herba,
Eliquat innumeras inde Galenus opes.

Ad Gabianum Juriſtam.

Mentiris dicens pacem te poſcimus omnes,
Cum ſit lis hominum dos, Gabiane, tua.

Priſci uxor parca.

Errant in numero Parcarum, Priſce, poëta:
Acceſſit conjunx, nam tua quarta, tribus.

Brutio ignavus.

Litera divitias, quis crederet? abſtulit una.
Cum declinat opus Brutio, perdit opes.

In maledicum cantorem Aldum.

Voce canis, mordesque ſimul, ſic duplice ſenſu,
Verbum unum de te dicitur, Alde, canis.

In Bravum divitem.

Multa tibi denſas conſtipant horrea fruges:
Quis te frugi hominem, Brave, negare poteſt?

In laudatorem parcum.

Non volo te totum, qui nobis diceris, aces:

Sæpe

Sæpe es laudator, ſis aliquando dator.

In Prædicantem ſartorem.

Quod toties rem tangat acu, non miror, Anemo
Sartor erat: quidni rem bene tangat acu?

Zacharia Joannis Pater mutus.

Pande catenata laxata repagula lingua:
Vocis ** enim mutum non decet eſſe patrem.*

* Joannes enim vox clamantis.

De Placentinis, & Veronenſibus.

Vrbe Placentina nihil eſt populoſius, Anale,
At Verona propè eſt civibus orba ſuis.
Quiſque placere cupit, verum vult dicere nemo.
Inde Placentinos qualibet ora fovet.

Anax in voce Jesus ultimam corripit.

Corripuit Ieſum diſtorti carmine metri,
Stigmate non uno corripiendus Anax.
Corripiam ergo illum, *quod dixerat ante Pilatus,*
Hoc iterum, impuro carmine, fecit Anax.

De Gallo cantore abſurdo.

Ad Galli tantum plorabat Apoſtolus olim:
Dum noſter cantat, quin faciamus idem?

Brutus Cæſarem confodit.

A Bruto Cæſar dum caderis, eſſe memento
Nomen ei Bruti, Cæſaris eſſe tibi.

In jactabundum, ſed indigum Nobilem.

Te patet à Fabiis ſimul & Piſonibus ortum:
*Nam tua menſa ſapit piſa, caputque fabas.**

* quarum flos deliros facit.

Mors quare cum falce pingatur?

Scis cur Mors valido non utitur enſe, nec haſta?
Omnis cum fœnum ſit caro, falce opus eſt.

In

In garrulum.

Non opus eſt cordi faciat natura feneſtram:
Hanc ſupplet linguæ plurima rima tuæ.

Ad illud: in vino veritas.

Si latet in puteo verum, ut Democritus inquit,
Cur bibuli in vino quæritis? eſt in aqua.

In ſenem querulum de ſenij incommodis.

Sæpe ſenex querulo Superos clamore laceſſis,
Quod tibi dat tardos pigra ſenecta pedes.
Pœna ſenectutis non eſt, ſed munera: ſcis tu
Ad mortem celeri currere nolle pede.

In horologia Thraſi gemina.

Pulvis & umbra tua metitur tempora vitæ.
Quid ſumus ergo Thraſi? pulvis & umbra ſumus.

In Braſilos pane deſtitutos.

Non edit in ſudore ſuum Braſilus panem.
Vis cauſam forſan diſcere? pane caret.

In Cæcilianum Atheum ſuſpenſum.

Catholicus Romæ, Bizanti Turcus haberis:
Idque vocas uti Cæciliane foro.
Cum ſcurris levis es, monachus cum religioſis:
Idque vocas uti Cæciliane foro.
In medio nunc inde foro tibi furca paratur,
Vt poſſis uti noſtro denique foro.

In hypocauſta Germanorum.

Quod ſchola, quod Latiæ nunquam docuere palæſtræ,
Id Germanorum ſola hypocauſta docent.
Quodque eſt Auſoniis indeclinabile terris,
Hic declinat gens Alemanna gelu:

In

Digitized by Google

In Obeliſcum Sixti V.

In foro Vaticano ad Apoſtolorum limina erecto an. 1586.

Guiliel. Blanci.

1.

Nequid non poterit Sixtus poſt iſtu movere,
Si proprio potuit ſaxa movere loco?

2.

Pro meritò attolli tibi Pyramis altera debet,
Pyramidem immotam, Sixte, quòd arte moves.

3.

Pyramidem Soli quam priſca dicaverat ætas,
Autori Solis quam bene, Sixte, dicas!

4.

Siſyphus ut ſenſit operoſa mole moveri
Pyramidem, & ſiſti ſplendidiore loco:
Me felicem, inquit, voluendi ut ponderis ars eſt,
Ars ita ſiſtendi ſi foret ulla mihi!

5.

Quid mirum eſt tanta transferri pondera molis,
Cum transfert montes indubitata fides?

6.

Pyramides Phœbo, ſunt & ſacra carmina Phœbo:
Conveniunt igitur carmina Pyramidi.
Marmora tempus edit, ſolitum quod parcere Muſis.
Carminibus fient hæc diuturna meis.

7. Alius in eundem.

Non alibi melius potuiſſet petra locari,
Quam Petri ante ædes, quas, pie Sixte, colis.

Et

I.

[illegible]
[illegible]

Ver[illegible], [illegible]

I.

De [illegible]
C[illegible]

[illegible]

D[illegible]
Et [illegible]
[illegible]
Et [illegible]!
I[illegible]
Q[illegible]

Per [illegible] quid [illegible]

CAPUT VIII

De [illegible]

D[illegible]

Digitized by Google

invita non prorſus Minerva verſus, Elegiacos præſertim ac Phalecios, cudat. Id ſi noverit, jam vix aliud obſervatione hic ſeſe dignum offeret, quàm ut alteram Epigrammatis partem, ex aliqua argumenti ſede rhetoricè diducat. Eſt enim, ut ſuprà memini, Epigramma enthymematis inſtar, quod duabus ferè propoſitionibus, ac veluti partibus abſolvitur. Valet hic imprimis deſcriptio rerum à partium enumeratione, ut ſuis diſtincta lineamentis, velut in tabella pictoris manu adumbrata, in oculos animumque incurrat. Quæ ſola eſt ratio, cur nonnunquam Epigrammata longius ſine vitio excurrant; cum ſuapte natura brevia eſſe deſiderent. In his Martialem non rarò verſari intelliges, ubi præſertim Phalecos ipſius evolueris; quanquam, dum vitia inſectatur, grandior, jambiſque vicinior incedat, Satyricus juxtà & Epigrammaticus. Exempla ex illo recenſere longum ſit, & obvia cuique ſunt Martialem non ignoranti.

Viſum porrò fuit, noſtra quædam Epigrammata, ejuſdem, quam ſuprà tractavi, materiæ relinquere: tum ne prorſus hanc doctrinæ partem ab ejuſdem argumenti exemplis nudam relinquerem; tum ut quaſdam carminis Phalecii, alibi non tractandi, affectiones proprias exponerem.

Servit imprimis ad teneriores animi impetus exprimendos, ac Lyrici propemodum, præſertim Sapphici legibus regitur (de quo ſuus erit dicendi locus) crebriore tamen verborum reciprocatione, atque inflexione delectatur, frequenti etiam rerum ſententiarumque oppoſitione ludit, tum denique amoris indignationisve aculeum legenti optat infigere. Ordiar, ac per exempla jam dictis fidem addam.

DE

DE CHRISTO NATO.

I.

Propoſitio 1. Chriſtus inſons luit pro ſontibus.
Propoſitio 2. *& quaſi illatio eſt*. Ergo ſontibus jam nil eſt timendum.

Breviter ac ſimpliciter propoſitionem primam licebit exponere, ac denique jam dicta concludere; hoc modo.

Dum te parvule, delicate, mollis,
Inſons flagitiique fraudiumque,
Inter frigora, perviaſque rupes
Ventorum furiis, piare noxas
Spectamus, gravium rei malorum;
Leges credimus, ordinemque rerum
Everſum ruere. Innocens ſceleſti
Pœnas eluit, omniumque judex
Damnatus capitum caput tenetur.
Inſons plectitur, exſilite ſontes.
Si virtus luat, innocenſque tantùm;
Jam nil ſontibus eſt ſdein timendum.

II.

Propoſitio 1. Judex ipſe reorum Chriſtus vinculis in cunis jacet alligatus.
Propoſitio illativa 2. Ergo rei captique libertatem expectare poterunt.

Miretur hic Epigrammaticus deducatque, quod in prima eſt propoſitione, tantum Dominum cunis, vinculiſque detineri. ubi oppoſitionibus non ingratis ludere poterit.

O cuna-

O cunabula parva, quæ reclinem
Auguſto nimis ambitu puellum,
Tantillas agitatis inter ulmos,
Et fœno tenui fovetis, inter
Brumæ frigora, & improbos decembres!
O cunabula magna, quæ reclinem
Auguſto nimis ambitu Tonantem
Immenſas agitatis inter ulmos:
Illum, quem minor orbis univerſo
Terrarum ſpatio, ætheriiſque tractu
Numquam eſt claudere, nec videre viſus;
Majorem omnibus, omnibus minorem:
Nunc cunabula parva, magna, claudunt.
Stringit faſcia, faſciæque nodi
Stringunt brachia fulminare docta.
Obſcuro puer illigatur antro,
Captivaſque manus, pedeſque torpet,
Cunctorum timor, & tremor virorum,
Gaude nunc ſcelerum artifex malorum,
Quiſquis vindicibus pianda flammis
Inter vincula criminum gemebas.
Capto judice, vinculiſque clauſo,
Libertas tibi fulget ex propinquo.

III.

Propoſitio 1. Dei manus, poſt cetera condita, ſe etiam hominem fecit.

Propoſitio illativa 2. Ergo tunc primùm omnium rerum potens eſt viſus conditor, poſtquam ipſe viſus eſt puer impotens.

In hoc vel primam propoſitionem explicatius proponat, ut:
En quæ dextera præpetes polorum

Immoto

Digitized by Google

Immoto ſtabilivit axe curſus;
Quæ luci tenebras, diemque nocti
Alterna ſtatione ſurrogavit.
Quæ Phœbi ſatiavit ora flammis,
Stellarumque comas refinxit auro,
Quæ libramine penſili rotundum
Suſpendit liquidis ſolum ſub undis,
Quæ cœlum volucri, ſalumque piſci,
Et terras animantibus locavit;
Hæc tandem manus obligavit ipſum
Noſtris artubus arbitrum polorum;
Quam tunc vidimus omnium potentem,
Poſtquam vidimus omnium impotentem!

Vel etiam alteram prapoſitionem, per oppoſitorum frequentationem, ut:

I V.

O res mira, puer, Deusque tantus!
Imbellis puer iſte; bellus iſte:
Immenſus puer iſte; parvus iſte:
Elinguis puer; & puer diſertus:
Et ſummus puer; infimuſque rerum.
O res mira, puer, Deuſque tantus!
An pugnantia jam nihil repugnant?
En qui cuncta creat, Deus creatur.
Feciſſet minus author ipſe rerum,
Ni ſe conditor ipſe condidiſſet.

In quo Epigrammate obſervabis non ſemper eum teneri ordinem, ut prima propoſitio locum primum obtineat, tanquam in enthymemate; ſed nonnunquam, uti hic factum, concludere. Multo vero minus ſeſe ſemper habet propoſitio altera, tanquam illativa alicujus veritatis ex

ex ſuperiore, in ſecundo præſertim alienatorum, & tertio comparatorum fonte; ut patebit ex Epigrammate ſequenti.

V.

Propoſitio I. Fortis Dei manus in cunis ligata torpet. *Propoſitio altera.* Verùm fortior hæc ligata apparet in cunis, quàm cum ſoluta in cœlis jacit fulmina. *Vbi altera propoſitio non tantùm nihil infert, ſed quodammodo etiam corrigit priorem; prior tamen rectius explicari verſibus poterit. Vt:*

En imbellibus artubus trementem,
Et ſuſpiria, mollibuſque dulces
Voluentem lacrymas genis Tonantem:
En hinc fulmina blanda, fulminumque
Optandas venientium procellas.
Qui terris metuendus, inferiſque,
Atlantes ſimul, Herculeſque magnis
Stravit viribus, horret imbecilli
Totus corpore, frigidumque brumæ
Vix jam ſuſtinet algidus furorem.
En vox illa tremit, tremenda cunctis.
Formidanda manus, ligata torpet.
Quis credat? Deus ipſe fortiori
Nunquam fulmina brachio vibravit,
Quàm portat modò faſcias lacerto.

VI.

Nonnunquam gemina, aut ambigua eſſe altera propoſitionum poterit. Vt prima ſit propoſitio; Femina Deum portat, qui cœlum portat univerſum; *Propoſitio altera*, aut igitur orbis leve pondus eſt, aut omni Gigante hæc femina eſt fortior.

Explicemus

Digitized by Google

Explicemus carmine, & videbis adhuc propoſitionem primam opportunius exponi.

O qui virgineis tener papillis
Hæres puſio, molliuſque plumâ
Pondus brachia deprimis paterna;
Portaris ſimul, atque parve portas.
Materna facilis jaces in ulna;
Sed qui ſidera, ſiderumque binos
Axes provehis axiumque moles;
Et quidquid vagus orbis, orbe claudit;
Quidquid cæruleis lavatur undis,
Aurâ Iuppiter, igneuſque flammâ
Claudit Mulciber, unus irretorto
Tantum ſuſcipit hoc onus lacerto.
O Diis puſio præferende cunctis!
Quid dicam? gremio reclinis iſto,
Iſtis Virginis implicetur ulnis,
Et tantus puer, Herculeſque tantus?
Aut orbis levis eſt, inerſque pondus,
Aut hæc femina fortior gigante eſt,
Portantem omnia quæ tulit Tonantem.

VII.

Neque ſemper ſimplici propoſitionis explicationi inhærendum verùm etiam propoſitionis contrarium rectè diducetur; aut illuſtri aliquâ Rhetorum figurâ exornabitur. Vt enim hanc exponas, caſti Chriſtum Oſculentur: *amove lenones, & impuros, ab angelorum, & virginum Chriſtum exoſculantium conſortio. Vt deinde illam explices:* Chriſto florum principi Zephyrus aſpirare merito debet, qui flores pratorum caducos educat. *per Apoſtrophen Æolum ventoſque ſeveriores compella. Vtriuſque exemplum ſubjungo.*

I. Lenones

Lenones procul hinc, Cupidinumque
Excedant nimis improbæ cohortes:
Divorum chorus anteambulonum,
Lapſum cœlitus ambiunt Amorem,
Stipant undique, & undique obſequentes
Applaudunt famulantium catervæ:
I, fauſtæ ſocière mens coronæ:
Virtus integra, candidumque pectus,
Et caſtum pudor oſculere natum:
Nam tales Amor iſte vult amores.
Digno ſola poteſt Deum labello
Natum virgine baſiare Virgo.

VIII.

O dulcis puer, & puer tenelle,
O cor, deliciæque, lux ocelle,
Humanæ decus, & caput coronæ,
Quis te puſio mollicelle, blande,
Quis brumalibus illocavit antris,
Inter frigida ſaxa, rupiumque
Abſceſſus: ubi Caurus, Æolique
Primos concipiunt cohors furores?
Fratres Æolidum, caputque fratrum,
Huic manſueſcite turba puſioni.
Offenſis, rogo, temperate flabris,
Et vernas, animaſque delicatas
Aſpirate meo, precor, tenello.
Nam ſi ludere, ſi lubet jocari:
Non prægnantia ſollicentur ora,
Aut plenis agitetur aura buccis;
Sed preſſis mihi baſiate labris
Mundi delicias, decuſque noſtrum.
Lævæ baſia, dexteræque rurſum

Centum

Centum figite, & inde, & inde, mille,
Centum figite, & inde, & [illegible] ocellis.
Sic [illegible] basiate florem,
Tali figite basium labello,
Quali dulciter irrigante rore,
Vernis [illegible]
Quidquid mollibus aura [illegible]
Aspirat bene [illegible] per agros,
Totum [illegible] favete flori.
Passim gratia [illegible]
Applaudant [illegible], obsequentque blando
Succedat Zephyrus Noti [illegible]
Hic flos ille, nobilemque [illegible]
Vincit sanguine purpuram [illegible]
Huic cedunt Hyacinthus, huic [illegible]
Narcissusque suas comas [illegible]
Hunc tu floribus antepone [illegible],
Seu Pœstum tibi, sive [illegible],
Ventorum teritur Pater [illegible]
Nam quod vulgus habet, [illegible],
De vernis, Zephyrisque, [illegible],
Rex florum sibi postulat [illegible]

Denique ingentem gratiam [illegible], [illegible] fine [illegible] Epigrammata, quae [illegible] comparationem [illegible] positionem collocant; [illegible] jant, & [illegible]. Exemplum *a [illegible]*

IX.

Molli turpia [illegible],
Turpi mollia [illegible],
Et parvo cumulare [illegible],

Et vanis decus elevare ceris,
Non eſt vita vocanda, vita non eſt:
Exemplo Deus obſtat, illa non eſt.
Aut mundus malè fallitur doloſus,
Aut mundi malè falſus autor ipſe eſt.
Quidquid deliciis amœnitatum.
Et menſis Sybariticis, opumque,
Ac famæ titulis beatitatum,
Incluſit Deus omnibus fruendum,
Naſcens ipſe ſibi Deus negavit.
Quidquid pauperies habet malorum,
At infamia quidquid indecorum,
Quidquid dura tremit, paverque vita,
Naſcenti ſibi Numen irrogavit.
Aut mundus malè fallitur doloſus,
Aut mundi malè falſus autor ipſe eſt.
Tam contraria vota, diſſonaſque
Nemo conciliet preces duorum,
Quod (ludibria pertinax amare.)
Ceu durum ſibi deprecatur orbis,
Et vix hoſtibus imprecetur hoſtis,
Ambabus Deus autor ambit ulnis.
Quod molimine mundus, ambituque
Fœdo prenſat, & improbo tuetur
Impoſtor ſtudio, ſuo improbavit
Exemplo Deus, ac honoris umbras,
Rerum quiſquilias, opumque larvas,
Averſo voluit notare vultu.
Non eſt, falleris, illa vita non eſt.
Quam mundus malè vivit, illa non eſt,
Quam Chriſtus ſibi ſuadet, illa vita eſt.
Si præſtare fidem velis utrique,

Tantâ

Tantâ facies fide infidelem.

Quia Iudam hactenus Chriſto, velut umbram luci oppoſuimus, hic eundem illi honorem paucis facimus quo unquam ex eiſdem præceptionis, quam dedimus, legibus, quatuor hæc Epigrammata conſtructa ſunt; duo poſtrema illud tantùm ſingulare habeant, quod anagrammatiſmo ſimul luſu delectentur.

DE IVDA PRODITORE.

I.

Quòd dexteram venerêre, quodque *Iuda*,
Et blandis titulis, & ore dulci,
Oblatâ quoque baſiatione,
Chriſto dixeris ultimam ſalutem,
Rem dignam facis. Attamen Magiſtri
Nullam, tanta fides, fidem meretur.

II.

Iniectis latus illigare vinclis
Chriſtum viderat improbus clientum,
Dum menſâ pariter receptus unâ
Unus pluribus immolatur agnus.
Cernit vincula, vinculiſque ſtrictum
Optat ſæpius implicare Chriſtum.
Iudæos igitur, Popaſque crudos
Veſano monet incitatus æſto:
Chriſtum ſtringite, duplicate vincla,
Centum funibus, inde, & inde, tortis,
Centum nexibus illigate Chriſtum.
Ex tot funibus hinc & inde iactis,
Unus plexuit improbum miniſtrum,
Qui cervicibus hæſit implicatus.
O factum bene, verſibuſque dignum!

Funis funibus æquiore nunquam,
Pro mercede ſuo datus miniſtro eſt.

III.

Judas, *anagramma*, audis.

Audis Iſacidas malè efferatus,
Et cæcum rabieque, lividoque
Turgentem invidiæ gregem veneno?
Audis nobilis exedræ tiaras,
Et vulgus famulantium Poparum,
Quos per funera volvit innocentum
Diro barbaries cruenta ferro?
Non *Audis*, revocantis ore blando,
Et paſſis ſimul ambientis vlnis
Chriſti verba ſuaviora melle?
Non *Audis*? tibi ſaniora *Chriſtus*
Pacis conſulit, & ſalutis arma.
Et cœptum ſcelus urget execrari?
O præpoſtere, vilis, impudenſque
Juda, fex hominum levis malorum,
Qui præceps minus audienda captas,
Et ſurdâ fugis obſtinatus aure,
Quod utralibet eſſe audiendum!
Seu ſic audieris tibi cavenda,
Seu non audieris tibi audienda,
ſemper ſurdus es, audienſque nunquam.

IV.

Judas, *anagramma*, vadis.

Quò *vadis* ſcelerate? quò ſacrati
Labes nominis, ultimumque gentis
Immani raperis probrum furore?

Quo [illegible]? laqueo [illegible], ſtulte, [illegible]
Damnabis caput, [illegible] perdes
Et [illegible] ſpolium occides Auem?
[illegible] revoca [illegible] greſſus,
Vix [illegible] miſer [illegible] Orco:
Te circumſpice, [illegible] [illegible],
Quo ſic perdere [illegible], hinc reductio
Evades, mihi fide, calle [illegible]
Ad Manes via prona, nulla [illegible]

PARS SECVNDA ARGVTARVM INSCRIPTIONVM.

CAPVT I.

De uſu & varietate argutæ dictionis in oratione ſoluta.

POſt tractatam in carmine argutandi ſubtilitatem, exploratasque acutæ dictionis venas; relictus ad operam abſolutam is nobis labor videbatur, quo iiſdem præceptis non minùs Oratorem, quàm Poëtam formaremus, quæ cùm non admodum difficilis negotii res eſſet, in prioribus verſato: hoc tiam quantulumcunque ſtudii benevolo lectori decrevimus impendere.

§. I. Vſus argutæ orationis potiſſimùm duplex; in quotidiano ſermone, & inſcriptionibus.

DVplex potiſſimùm uſus argutæ facetæque orationis ſeſe nobis offert: in humana conſuetudine, & ſermone quotidiano verſatur alter, qui familiaris appellari poterit: alter in vario ſcribendi genere, ac præſertim illo, quod inſcriptionum dicitur, locum occupat. Ille condimentum quoddam eſt ſocietatis, & familiaris vitæ inter homines inſtitutæ, ac ſingulari cum voluptate auribus animiſque

nimiſque auſcultantium illabitur; magni plerumque ingenii exporrectæque mentis argumentum: quo imprimis delectatus Cicero eſt, ut exemplis non infrequentibus conſtat, & vel illo facetæ dictionis ſtudio colligas, quo Oratorem ſuum illuſtrare conatus eſt.

Altera inſcriptionum ratio, tam antiquis, quàm recentioribus uſitata, ad victoriarum monumenta, mortuorum tumulos, arcus triumphales, coloſſos, ſtatuas & cætera id genus opera, poſteritati cum aliqua venuſtate commendanda adhibetur, quod ea facilius legentium memoriæ inſideant, quæ ingenioſâ quadam feſtivâque argutiâ exornantur.

Cùm verò utraque ſubtilitas, tam in ſermone, quàm ſcriptione uſitata; vel rerum ſit gravium, vel ludicrarum (ut priori etiam operis parte advertimus) illud imprimis orationis genus, quod cum argutia grave ſententioſumque eſt, ab illo quod facetum lepidumque, velut tragicum à comico, diſcernendum eſt; non quod arte aut formâ dicendi, ſed quòd materiâ & perſonarum, in quas cadat, diverſitate ſeparetur. Nam aliâ ex re viri graves Principeſque argutè ludunt; aliâ vulgaris plebecula, niſi fortè ex locorum temporumque ratione, & illis comica, & his tragica quandoque ſubtilitas permittatur. Ceterùm eâ circumſpectione ludendum, ne aut lædas, ut calumniator; aut nugeris, ut ſcurra: utriuſque enim vitii magna cum hujus orationis virtute affinitas eſt: nec aliter ſibi nonnulli argutari poſſe videntur, niſi aut verecundiæ plagam infligant, aut famæ alienæ labem affricent: apes, quæ mella legere non poſſunt, niſi figant ſui livoris aculeum. Nos ut ordine, non tam novis præceptionibus, quàm exemplis lectorem erudiamus, illam primò, quæ inſcriptionum eſt, proſequemur.

Digitized by Google

§.2. De uſu, varietate, & natura Epigrapharum, ſive Inſcriptionum.

IAm ab illo argutæ dictionis genere, quod Poëſin ornat, ad aliud diverſum, in conſignandis potiſſimùm monumentis, atque ad poſterorum memoriam inſigni aliquâ inſcriptione traducendis, poſitum accedimus. Quæ licet partim carmine à veteribus, partim ſolutis verſibus, quamvis non omni verſuum numero repudiato, præſtitæ fuerint: Tamen cùm imprimis hic ſolutæ orationis argutia dominetur; Inſcriptionum tractatione diverſa comprehendimus. In quibus perpaucas quidem veterum ſeculorum reperio, qui argutæ orationis elegantiam, decoremque aſſequantur. Recens tamen ætas priſcæ incorruptæque latinitatis magna æmulatrix; eorum etiam, quæ veluti inter uniones gemmæ eminent, auctrix egregia, in hoc ſcribendi genere, magnâ, rarâque venuſtate optima ingenia exercuit. Vt proinde hæc nobis exercitatio oſcitãter prætereunda non fuerit.

Primo igitur loco, veterum nonnullas inſcriptiones dabimus, ſive ligatâ, ſive oratione ſolutâ exaratas: deinde præceptionibus pauculis ſtrictim præmiſſis, unum, alterumque ſcriptionis argumentum ſuis fontibus ductum irrigabimus: aliorum quoque Scriptorum exemplis, adhoc dicendi genus illuſtrandum, non prætermiſſis.

§. I.

Variorum operum inſcriptiones antiquæ.

I.

Brixiæ in Palatio hac inſcriptio verſibus legitur.

Hic locus odit, amat, punit, conſervat, honorat:
Nequitiam, pacem, crimina, jura, probos.

II.

Arci Senenſi hæc ſolutâ oratione data epigraphe.

Coſmus Medices,
Dux Florentiæ & Senarum,
Arcem, & unà Senenſium quietem, & ſecuritatem
fundavit. An. M.D.LXI.

III.

Arcus triumphalis Conſtantini Imperatoris, hac Inſcriptione donatus eſt.

Imp. Cæſ. FL. Conſtantino Max. P. F. Aug.
S.P.Q.R.
Quod inſtinctu divinitatis, mentis magnitudine cum
exercitu ſuo.
Tam de Tyranno, quàm de omni ejus factione,
Vno tempore, juſtis Remp. ultus eſt armis,
Arcum triumpho inſignem dedicavit,
Liberatori urbis, fundatori quietis.

IV.

Fonti Romæ in via Flaminea inſcriptum.

Si humano ingenio
Perpetuo parari viatoribus vina potuiſſent,
Non amœnum, quem cernis, fontem,
C. Lepidius
Magnâ impenſâ adduxiſſet.
Pota felix.

V.

Ponti Sequanæ impoſito Pariſiis.

Jucundus geminos poſuit tibi Sequana Pontes;
Hunc tu jure potes dicere Pontificem.

VI.

Antuerpiæ ſuburbano hort.

Modeſtæ voluptati, non vanitati:
Quieti, non torpori.

VII.

Puteo Romano juxta Capitolium.

Nos vas condidimus, pluviâ tu Iupiter imple;
Præſidibuſque tuæ rupis adeſſe velis.

Ita alicubi ad ſeceſſum legitur acutè tranſlatum illud Horatii.

Æqua lege neceſſitas
Sortitur inſignes & imos.

Octaviano item Auguſto, poſtquam in Sicilia victus eſſet. Ad infamem Romæ ſtatuam affixum eſt.

Poſtquam bis claſſe victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit aſſiduè aleâ.

§. 3. Inſcriptiones in mortuorum ſepulcris maximè uſitatæ.

Vario hoc inſcriptionum genere prætermiſſo, nos Epitaphiorum laudi aut vituperio ſervientium tanquam maximè inſignium hac in arte prolixiùs juvat meminiſſe cetèra enim ad eaſdem leges pro rerum diſcrimine licebit aptare. Eſt tamen & inter Epitaphia diverſitas. Nam præterquam quòd virtutes aut vitia defuncti pro meritis explicent; alii illa jocoſa eſſe voluerunt; alii ſeria, alii ænigma-

Digitized by Google

ænigmatica, alii ſenſu explicato propoſita, prout quiſque exiſtimavit magis ſe legentium animos occupaturum: ſi quidem obſcura etiam curioſorum inprimis mentem detinent, ut qui avelli niſi perſpecto ſcriptoris ingenio difficulter poſſunt. Promiſcuè verò nunc ligata, nunc ſoluta oratione ab antiquitate nobis exhibentur.

Ovidius hoc Epitaphium in ſuis Epiſtolis Phyllidi ſcripſit.

Phyllida Demophoon lecho dedit: hoſpes amantem,
Ille necis cauſſam præbuit; illa manum.

Sibi illud. l. 3. triſt. Eleg. 3.

Hic ego qui jaceo tenerorum luſor amorum.
Ingenio perii Naſo Poëta meo.

Certè haud diſſimilem inſcriptionẽ ab aliis meruit. Nam juxta Pontum Euxinum in Walachia ſaxibus ipſius tumulus fonti limpidiſſimo continens cum hac inſcriptione inventus eſt.

Hic ſitus eſt vates, quem Divi Cæſaris ira
Auguſti, Latiâ cedere juſſit humo.
Sæpe miſer voluit patriis occumbere terris;
Sed fruſtra: hunc illi fata dedêre locum.

Laurentio Vallæ tale obtigit, Romæ in æde D. Ioannis Epitaphium.

Tandem Valla jacet ſolitus qui parcere nulli:
Si quæris, quid agat? nunc quoque mordet humũ.

Mirandulæ *in templo D. Marci Florentiæ ſic tumulus inſcribitur.*

Hic ſitus eſt picus Mirandula, cetera norunt,
Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.

Roſimunda Henrici II. Anglorum Regis Concubinæ hæc inſcriptio in Cœnobio Goſtovien data.

Hic jacet in tumba, Roſa mundi, non Roſa munda:

Non

Digitized by Google

Non redolet, ſed olet, quæ redolere ſolet,

T. Lupati Paduani anno poſt Chriſtum 1349. tumulo hoc epigramma inſcriptum eſt.

Id quod es, ante fui: quid ſim poſt fata requiris?
Quod ſum, quicquid id eſt, tu quoque Lector eris.
Ignea pars cœlo, cæſæ pars oſſea rupi:
Lectori ceſſit nomen inane *Lupi.*

Angeli Politani

Politanus in hoc tumulo jacet Angelus; unum
Qui caput, & linguas (res nova!) tres habuit.

Veſpia litigioſa mulieris.

Tres habuit Furias quondam; ſed Veſpia Manes
Ut petiit, Furias quatuor Orcus habet.

In defunctum Grammaticum.

Grammaticam didici multos docuique per annos,
Declinare tamen non potui tumulum.

Georgii Macropedii Silvaducis in tumulo hoc chronodiſtichon legitur.

IVLIVs æſtIVo CoLLVſtrans nVbILa phœbo
MaCropedI eXtInCtos VeXIt In aſtra dIes.

Solutæ orationis ſtylo pleraque ex antiquorum monumentis eruta, cum aliqua ſæpe argutia ſermonis aut energia eruuntur.

Breviſſima hæc epigraphe in Orphei tumulo, cum lyra ſculpta, memoratur reperta.

Luſit.

In tumulo duorum conjugum via Tiburtina vetus hæc inſcriptio legitur.

Heu

Heus Viator,
Miraculum!
Hic vir & uxor non litigant.

Non procul à foro Iudæorum Priſca cujuſdam habetur.

Iulia Priſca vixit annos LXXVI.
Nihil unquam peccavit
niſi quod mortua eſt.

Adriani Imp. militiæ Præfectus, Similis dictus, hanc tumuli epigraphen meruit.

Similis hic jacet
Cujus ætas multorum quidem annorum fuit,
Septem tamen duntaxat vixit,
Quibus vixit ſibi.

Cremonæ in Eccleſia S. Angeli illud extat.

Hic pietas in patriam & pauperes promptæ.
Monumento eſt vobis poſitum,
Ubi jaceo
Antonius Laiſſeatus.
Nulli unquam nocuit. Deo proximus.
Vale.

Sardanapalo Regi Aſſyriæ antiquiſſimo, ſed & Luxurioſiſſimo hoc, apud Athenæum, ab Aſſyriis Epitaphium ſcriptum: cum manu in tumulo ad clauſionem digitis ſtrepitum compoſitâ, legitur.

Sardanapalus Anacyndaxis filius
Anchialem, & Tarſum
Uno die condidit.
Ede, bibe, lude.
Reliqua ne digitorum quidem crepitu
Digna ſunt.

Lau da

Digitized by Google

Laudabilius illud (ut & recentiora tangam) Maximiliani Cæſaris Viennæ.

Maximilianus Cæſar ſemper auguſtus.
Demiſſus cœlo.
Redditus cœlo.
Non obiit, ſed abiit.

Et aliud Ioannis VVameſii Lovanii in æde S. Petri

Iſte vir fuit, Lector, ſed fuit.
Tu quoque, quod es, non eris.
Alius alio, ſed omnes huc imus.
Cogita, & huic benè apprecare.
Ita poſteri tibi.

Aliud Abrahami Ortelii Antuerpiæ in Abbatia S. Michaëlis exſtat

Abrahami Ortelii,
Quem urbs urbium Antuerpia edidit,
Rex Regum Philippus Geographum habuît,
Monumentum hic vides.
Brevis urna eum capit:
Qui ipſe terrarum orbem cepit:
Stylo & tabulis illuſtravit,
Sed mente contemſit,
Quâ cœlum & alta ſuſpexit.
Conſtans adverſus ſpes aut metus.
Amicitiæ cultor, candore, fide, officiis.
Quietis cultor, ſine lite, uxore, prole.
Vitam habuit, quale alius votum.
Ut nunc quoque æterna ei quies ſit,
Votis fave Lector.

Dien

Digitized by Google

litruſti Gallorum ducis ejuſque fratris Claudii, ab Henrico Navarreo caſorum, hoc eſt Epitaphium.

D. M.

Hic Fides, hic charitas jacet.
Siſte viator.
Amatius Latius dum imperanti Regi obſequitur,
Pugnat, & pugnando cadit.
En tibi, cum obſequio fidem.
Claudius Latius dum ſaucium fratrem
Tentat aſſequi, & ipſe morientem
Sequitur.
En tibi, cum amore, charitatem.
O fratres felices!
Queis mors dedit vitam, & virtus mortem.
Felices fratres!
Quos boni tanquam vivos adhuc colunt,
Mali etiam nunc defunctos
Perſequuntur invidia.
Felicem tumulum!
Cui honor perpetuam parit invidiam,
Et invidia æternum honorem.

In pleriſque horum reperies aliquid epigrammaticè argutum, ut lectorem minùs expectatæ rei argumento in ſe convertant. Illa etiam quæ poſterioribus ætatibus lucem aſpexerunt plus ingenii videbis venuſtatiſque afferre, quàm veterum ſeculorum monumenta. Neque ut quidam antiquorum ſcrutatorum inſani veneratores ſomniant, nihil cultum præſens ævum poſſidet, quod à priſcis non emendicaverit. Sunt & alii epigraphici qui loca aut luſu aliquo, ſive verborum, ſive rerum, cupidum Lectorem occupare conati ſunt.

§.4.

Digitized by Google

§. 4. Iocoſæ & nugatoriæ inſcriptiones

Romæ extra Portam Capenam Paraſiti repertum Epitaphium ejus eſt generis.

Heus.
Hic ſitus eſt Offelius Bubalus Bibulus,
Qui dum vixit, aut bibit, aut minxit,
Abi præceps.

Viſitur & illud Romæ paulò laudatius.

Valete Potatores.
Ranaudo Bononienſi
Qui à picturæ tirocinio ad epulares trabeas traductus,
Non inficetis ſalibus annis 50. Principium menſis
Supparaſitatus eſt.
Familiâ, quoad potuit honeſtè habitâ, & locupletata.
Senex Podagricus, & tripes,
Ne mortuus eſuriret; ad Cœnas Elyſias tranſmigravit.

Biberius vafer & Cornelius Spurius compotores Socio benè bibenti PP.

Aliud Bajuli Romæ eſſe memoratur.

Fuſtino Foxelli F. à valle Morava,
Protobajulo robuſtiſſimo,
Ab ætatis ſuæ primordiis ſportifero,
Sumpto virili ſacco in foro Bojario,
Duro & nodoſo ſceptro donato, ſtillicidio publicè coronato.
Nolens obiit, cùm vini cadum ictus, & extra gereret.
Vexit quantum voluit, vixit quantum potuit.
Hoſpes, ſi pius es,
Non tuis candidulis lacrymis, ſed rubicundâ tabernarum lacrumâ, hunc tumulum aſpergito.

Baju-

Digitized by Google

Bajulorum ſ[illegible]

Aliud.

Coqui Romani inſcriptio addicta barbare quidem, ſed rhythmico verſu, ad leporem diſpoſita.

Hic jacet Jodocus, qui fuit Romæ coquus.
Doctor in partibus, Magiſter in artibus.
De gratia ſpeciali, mortuus in hoſpitali.

Nec illepidum illud Ioannis Foſſæ ex nimio purſus Studio ad inſaniam redacti.

Hæc ſunt in foſſa Foſſæ mirabilis oſſa,
Quid ſibi condendo verſus, cere-comminuit-brum.

Par fere illud in Hilbrandum hominem impurum.

Hic jacet Hilbrandus ſtygia fornace cremandus,
Cujus in hac foſſa fœtent enormiter oſſa.

Et illud Mulieris Anglicæ.

Hic jacet Eliſabeth, ſi bene ſecit, habet.

Nec aliud Ioannis Vituli adoleſcentis à Franciſ. Philelpho conditum, erit negligendum.

O Pater omnipotens vituli miſerere Joannis,
Quem mors præveniens non ſinit eſſe bovem.

Accedit epigraphe ſacerdoti facta, ceteris non inferior: Si tamen incorrupta ſit.

Gaudent anguillæ, quoniam nunc mortuus ille,
Presbyter Andreas, qui * capiebat eas. **comedebat.*

Illa S. Vihonis Abbatis cœnobii Metenſis omittenda hic non fuit.

Abbas hic primus Viho, nec laudibus imus,
Hic jacet ut limus, cœlo requieſcit opimus.

§. 5.

Digitized by Google

§. 5. Inſcriptiones ænigmaticæ.

Supereſt ut ænigmatica breviter tangam. Cùm tamen anagrammatum tractationem ad alium locum reiiciam, hic exemplo uno alteroque rem abſolvam.

Iſidis ſeu Minervæ.

Sajetanæ templo adhibitum tale eſt.

Ego ſum
Omne quod fuit, eſt, & erit.
Meum peplum
Nullus adhuc mortalium evolvit.
Quem peperi fructum,
Sol eſt.

Quæ Deo ac divinæ ſapientiæ aut Virgini Deiparæ, cum ſui ventris fructu, accepta facilè applicabis.

Alia inſcriptio celeberrima quidem, ſed nobiliſſimis etiam ingeniis obſcura, Bononiæ in ſepulchro legitur.

A. M. P. P. D.

Ælia Lælia Criſpis, nec vir, nec mulier,
Nec androgyna, nec puella, nec juvenis, nec anus.
Nec meretrix, nec pudica;
Sed omnia;
Sublata neque fame, neque ferro, nec veneno,
Sed omnibus.
Nec cœlo, nec aquis, nec terris
Sed ubique jacet.
Lucius Agatho Priſcius nec maritus, nec amator,
Nec neceſſarius, neque mœrens, neque gaudens,
neque flens,
Hanc nec molem, nec Pyramidem, nec ſepulcrũ,
Sed omnia,
Scit, & neſcit quid poſuerit.

Hoc

Digitized by Google

Hoc eſt ſepulcrum, intus cadaver non habens.
Hoc eſt cadaver, ſepulcrum extra non habens.
Sed cadaver idem eſt, & ſepulcrum ſibi.

Ex repugnantiis alia in atque ſpecie, [illegible] ma; alia in anima, aut vita, aut animo [illegible] poſſe exiſtimarunt, ſed utrumque expoſuerunt, non tamen [illegible] ſuâ parte ſenſum [illegible]. Exempli [illegible] in Palatio [illegible] 9. [illegible]. Nec aliud de Luthero [illegible], quod hanc ſcribendi rationem [illegible].

Martinus Lutherus nec monachus nec maritus,
nec ſacerdos nec [illegible].
Nec Imperator nec [illegible], nec [illegible] nec [illegible],
Nec fidelis, nec infidelis, nec [illegible], nec [illegible],
nec conſtans, nec inconſtans.
Sed omnia.
Periit, neque ſibi, neque ſuis, neque mundo, neque poſteris
Sed omnibus.
Nec in urbe, nec rure, nec in templo, nec in connubio, nec domi, nec foris vixit,
Sed ubique.
Nec vigilans, nec dormiens, nec [illegible], nec [illegible],
Nec [illegible] nec [illegible], nec in [illegible], nec [illegible]
Mortuus eſt,
Sed ſemper.
Hoc illi neque [illegible], neque [illegible],
Neque in [illegible], neque in [illegible]
Neque [illegible], neque [illegible]
Poſuit, non poſuit
Amicus, [illegible],
Sed omnia.

Tuſſi-

Digitized by Google

Explicatius illud de Luthero oculis ſubiicio.

VT Lector hanc ſcribendi rationem, quæ vel ex vocum æquivocatione, vel rerum ſignificatarum diverſitate, vel loci, temporis, aliarumque circumſtantiarum varietate emergit, facilè penetraturus ſit.

Martinus Lutherus.

Monachus, ſed abſque religione;
Maritus, ſed abſque conjuge.
Sacer erat, ſed & ſacrilegus:
profanus, ſed & conſecratus.
Imperator, quòd leges præſcriberet,
quanquam abſque imperio.
Subditus, ſed abſque ſubjectione; quod principes haberet ac Deum: paréret tamen nemini.
Sapiens fuit, ſed qui in multis deliraret:
ſtultus qui nonnunquàm ſaperet.
Fidelis, ſed abſq; fide: infidelis; ſed qui fidem doceret:
Probus, ſed abſque virtute, conſtans ſed inconſtantiâ.
Verbo, Lutherus hæc omnia erat, & nihil.

Periit.

Poſtquam ſitim ebrietate, famem expleſſet epulis.
Sine morbo ac peſte: mors ſubita utriuſq; partes egit.
Ita qui ſine ſiti, ac fame, ac peſte interiit;
Sine illis tamen non interiit.
Ubique in Saxonia, domi foriſque vixit: ſed & nullibi.
Cùm vivere non ſit, malè vivere.
Hoc cum ceteris hominibus commune habuit, quòd etiam cùm viveret moreretur, indies ſepulcro propior.
Laudari ſine reprehenſione Lutherus non potuit,
ſed nec reprehendi ſine laude:
cum is qui laudat improbum, convitietur:

qui

qui convitiatur, laudet.
Hoc videlicet præmium ſceleris eſt,
ſed non abſque pœna.
Hæc neque ridens neque flens ſcripſi,
niſi ad alterius amentiam.
amens ipſe; ſed nominis verſi anagrammatiſmo.
Monumentum hoc Luthero poſui,
Sed abſque ſepulcro.

Clarius non libuit, ne totam ænigmatis naturam everterem obſcuritate penitus ſublatâ, ſatis ad noſtrum propoſitum ratus, ſi intelligeres, ænigmatica hæc ab Epigrammatum fontibus ſubtilitatem, ſenſumque voluptate plenum haurire.

CAPVT II.

De ratione ac natura Inſcriptionum.

Cum igitur manifeſtum ſit, nervum omnem inſcriptionũ, cuiuſlibet ea ſint generis epigrammaticum ferè eſſe: ipſosque adeò projectorum verſuum rhythmos, ſiquam habent ex ſyllabarum colluſione venuſtatem, fonte quarto ſignatam trahere, pleraq; verò ad laudem aut reprehenſionem ſpectare: cœpto mihi pede inſiſtere placuit, ac gemino exẽplo in utramq; partem ſpectante, ſuoſque per fontes diducto, ſolutæ orationis argutias, ſcribendi ratione nonnihil à carmine diverſas, oculis ſubjicere. Per venas illa ſingulas diſtribuere, neque libuit, quod facilis ea operæ res eſſet, in ſuperioribus verſato; neque omnino licuit, niſi ſæpe diſſolutam ordine, ſuccoque deſtitutam epigraphen vellem cõdere. Quamob rem neq; religio mihi fuit, admiſcere ſubinde

inde diverſorum fontium rivulos, cum illa ſententiarum toties recurrens ſimilitudo affectata nimium atque inſipida videatur. Hoc tamen vitium dum intercujuſque fontis marginem preſſius ſubſtiti, prorſus effugere non potui; quòd erudire non minùs cuperem, quàm delectare Materia *hujus ſcriptionis eadem ferè qua epigrammatis poëticis numeris illigati* eſt. *Sola* forma, *ac* proprietatibus *diſſidet. Breve eſſe cupit, ſed epigrammatis limites tranſilit, Argutiam non in fine tantum, ſed toto admittit corpore: nec in ſingulis optat membris, ſed ſparſim. Nec ſi arguta dictio obſcurior eſſet difficultate fatiget, aut ſiquidem clarè fluat, nimio tamen melle deſipiat. Frigida, atque obluctante veluti naturâ, procuſa eliminentur. Si quæſita ex arte ſunt, nata tamen potiùs videantur. Minuta nimium cæſimque per membra penè ſingula congeſta oppoſitiones ob frequentiam diſplicent.*

Obſcuritas verò ex tumore Aſiatico in hoc orationis genus invecta (quod nonnemo recentior & fecit, & factum propugnavit) morbus eſt, non niſi ſpongiâ ſanandus. Quis enim probet argutandi ſubtilitatem, ſuopte obſcurā ingenio, majoribus tenebris confundi? Neque tamen humi rependum & obtritis vulgò loquendi viis inſiſtendū: nervoſis, cæſimq; ut plurimum vibratis, ſententiis, nonnunquam ad varietatem etiam circumſcriptè incedendum, ut aliqua indulgeatur Lectori, inter ipſum quoque legendi laborem, quies. Numerus quamvis definitis huic orationi pedibus, ut fit in carmine, non abſolvatur: Liberiorem tamen poeſin, ut comica eſt, ferè æmulatur, varietatem ſimul aliquam, qualis in polycolo eſt carmine, deſiderat. Sed hæc aurium judicio potiùs, quā legibus decidenda arbitramur.

Num

Nunc ad quatuor fontium ſuprà expoſitorum capita tractatam à nobis materiam revocabimus. Ea lege quam ſuprà monuimus, ut pleraque, aut multa certè (niſi aliquas Inſcriptiones in quarto alluſionum fonte exceperis) ad præſentem, cui ſubjiciuntur, fontem ſpectare noveris.

Nam illam venuſtatem, quæ ex permixtorum fontium varietate haberi ſolet, non omnino negligendam duximus. Iocoſas autem atque ænigmaticas Inſcriptiones negligemus: ut quæ, ſeriis probè inſpectis, adornari facilè poſſint.

§. 1. Epigrapharum ratio exemplis autoris demonſtrata.

Laudis argumentum D. Petrus Apoſtolorum princeps nobis ſuppeditabit. Reprehenſioni ſe in primis opportunum fecit Lutherus, Apoſtatarum facilè audaciſſimus, qui ſolus veteres penè omnes novaſque hæreſes ab inferis excitavit, facemque illam diſcordiarum accendit, quo etiamnum tota flagrat Germania: in quem me ſine cujuſquam probi hominis vulnere calamum ſtringere poſſe exiſtimavi; quòd nemo tam pertinax illius doctrinæ morumque defenſor reperiatur, qui, niſi improbus ipſe fuerit, multa in Luthero non improbet. Nos certè livor nullus, aut calumniandi ſtudium ad hanc mentem deflexit, ſed explorata ac vulgò perſpecta utrorumque vita; quod ad præſentem materiam intereſſet, ignota non dari; cùm inſcriptiones illæ hiſtoriarum potiùs ornamenta, quàm hiſtoriæ cenſendæ ſint. ut proinde non parum de vi gratiaque amiſſuræ videantur, ubi ab hiſtoria ignaro occupatæ fuerint.

Quodſi acerbiori nonnunquam aceto Lutherus perfundatur, ſuis id moribus imputet; aut certè bonæ fidei ſcriptoribus, apud quos iis coloribus adumbratus eſt quibus etiam expreſſimus.

Quæ fonti cuique propria ſint, noluimus otioſo hic labore recolere. Lectorem ad ſuperiora remittimus.

§. 2. FONS PRIMUS REPUGNANTIUM,

DE S. PETRO APOSTOLORUM Principe

Inſcriptio

I.

S. Petrus de morte & hoſtibus patiendo Victor.

Sta.

Quiſquis in hac vita nunquam ſubſiſtis,
Viator.
Ex me vivere diſce, ac mori:
Qui vivere deſii, ut inciperem;
Mori, ut deſinerem.
Vivendo bene mortem, moriendo bene vitam
auſpicatus ſum.
Mortem alii horrent, ut malorum initium;
Ego ut finem amplexus ſum.
Non ad pœnam, ſed præmium ibam:
Docuique mori neminem poſſe,
Qui Chriſto moritur.

Intolerabilis nulli in vita fui,
Niſi qui tolerari non poſſet.
Inimicos patientiâ ultus ſum.
Inverecundos non aliter reſutavi, quàm modeſtia.
Semel iratus eduxi gladium;
Sed imperitus miles erravi,
Quia aurem, pro capite, demeſſui.
Quantùm injuriarum pro fide divina pertulerim,
Fides teſtatur humana.
Multos tamen adverſitas perdidit,
Me ſervavit.

II.

D. Petrus Eccleſiam ſuâ morte afflictam de cœlo ſolatur.

NOli plorare orba Mater Eccleſia,
Filium non amiſiſti, ſed tranſmiſiſti.
Non diſceſſit à te, qui corpus tibi ſuum reliquit,
addixit animum.
Meos ego oculos clauſi, ut tuos aperires.
Vivere deſii, ne tu deſineres.
Immortalis moriendo factus ſum,
Ne mortali inſiſteres petræ.
Qui vivus nulli expreſſi lacrymas,
niſi quibus eluerent ſcelera,
Moriens exprimere non debeo,
Cùm neminem vita mea offenderit, niſi malos,
Nolo Mors offendat bonos.
Purpuratus cœlum alii, qui rudi in toga vixeram,
Sic poſtquam me exuiſſent veſtibus,
Indutus ſum ab hoſtibus:
Quantis purpuræ colorem dederim.

Digitized by Google

Dolui meâ morte dolere ceteros,
Et inflictam mihi crucem, alienam magis eſſe quam meam.
Mea non ſenſiſſem vulnera, niſi ſenſiſſent alii.
Nunc ad gaudia hos mea invito,
Vt hæc ſint communia.
Solus nolo gaudere, quia ſolus non dolui.
Claudite oculos & gaudia mea videte,
Quia lauſis demum oculis videre cœpi, quæ oculus non videt.

III.

D. Petrus princeps & ſervus ſervorum Dei.

MInister DEI, & hominum, Petrus:
Hominum ſervus, propter DEVM,
DEI, propter ipſum.
Illos vivus morienſque exemplo præire,
Hunc ſequi voluit.
Major, quod talis aſſecla, quam quod dux eſſet.
Fide ſeſe DEO, homines ſibi obſtringebat.
Imperator erat, at ſui: ſervus, at DEI:
Illuſtris non minùs ſervitio, quam imperio.
Lucem illi DEVS, ille hominibus prætulit,
Neque oleum perdidit,
Extingui lux acceſſa non potuit;
Chriſtianus fide.
Apoſtolus munere.
Princeps dignitate.
Primus inter Chriſtianos Petrus, ſervus omnium
Primus omnium pater, virtute, non genere.
Supra omnes dignitate, infra omnes obſequio.
Tam parvus ſibi, quàm magnus aliis.

Elatus

Digitized by Google

Elatus quidem; ſed demiſſione, non ſuperbia :
Cupidus, ſed ignominiæ magis, quàm gloriæ.
Quamvis non ſine gloria.

IV.

Rara D. Petri felicitas.

Petrus ex miſero felix.
Fortunam ad ſumma non habuit ducem, ſed fidem.
Cæca quidem dux utraque;
Sed hæc oculato certior.
Dives factus eſt:
Non quòd rebus adjiceret, ſed detraheret
rebus juxtà, & cupiditatibus.
Felix, non quòd ærumnas abjiceret,
ſed quòd ferret.
Honorem quia contempſit, meruit.
Res etiam adverſas,
poſtquam ſuæ virtutis feciſſet materiam,
convertit in proſperas.
In ipſa nunquam miſeria miſer.

V.

Eximia D. Petri in bene cœptis conſtantia.

PEtrum Petram jure dixeris
Durus erat, ſed in ſeipſum
Intractabilis, ſed ad ſcelera.
Idem in dolore, & gaudio, in laude & convitio.
Eundem prorſus vultum omni fortunæ exhibuit.
Nullam averſatus calamitatem,
niſi quam alii ferrent ,

Digitized by Google

Primus Jeroſolymis elicuit lacrymas,
alter Romæ ſanguinem,
Per illum avocatus à morte eſt, per alterum à vita.
Per crucem ad cœlum contendit,
Quòd æquum crederet, ut eàdem cum Domino
ſervus viâ inſiſteret.
Vna hac confeſſione negationẽ revocavit triplicem;
Quam ſi lacrymis minùs eluiſſet,
ſanguine voluit expiari.
Sic expurgatâ labe pulcrior quam nunquã contracta.
Crimen omne in laudem convertit, dedecus in gloriã.
Minùs fortè placiturus
Niſi diſplicuiſſet.

VIII.

D. Petrus unum ſui lapſus errorem ſeverè correxit.

ERectus eſt, dum caderet, Petrus,
Poſt cœcitatem vidit.
Negando Chriſtum magis agnovit,
Errando correxit ſcelus.
Veniam delicti tam facilem indulſit aliis,
quàm difficilem ſibi.
Ignoſcere ſolitus omnibus, præterquam Petro.
Lacrymas in deliciis habuit,
In voluptate dolorem.
Quod ſemel invitus peccavit, millies in vita plexuit.
In ipſa cruce Crucem ſibi deeſſe queſtus eſt,
Ita doloribus inſueverat.
Minoribus ſe in vita ſuppliciis
Ad ultimum obduraverat.

Tyran-

Digitized by Google

Tyrannus futurus
ſi aliis irrogaſſet, quæ ſibi.

IX.

D. Petrus Mortalis vitæ contemptor.

POſt vitium Petrus
Nil habuit ſeipſo inter homines vilius,
Qui poſt opes & animum,
etiam vitam impendit aliis.
Vitam vivis immortalem, mortuis mortalem dabat.
Quæ res vivo mortalem ſuſtulit,
mortuo immortalem reddidit.
Cum moreretur,
& hominem ſe oſtendit, ut qui poſ-ſet mori,
Et homine majorem, ut qui vellet.
Nimirum unum ſupererat,
Poſtquam alios rectè docuiſſet vivere,
Ut exemplis quoque rectè doceret mori.
Tam igitur excepit mortem fortiter,
Ut multis aperiret oculos,
Cùm ſuos in morte clauderet.

X.

D. Petrus ſucceſſores poſt ſe Romanos in ſede & fide habuit.

IMprolis non obiit Petrus, quamvis ſine prole.
Ejus paternam ſedem
Etiamnum conſtans poſteritas obtinet.
Parens multæ ſobolis, ſed quam cœlo genuit.
Plurimos in ipſa etiam morte ad vitam extulit;

Cum morte quâ Petrus defunctus eſt,
Tota penè Roma cœpit vivere.
Nobilitatem familiæ ſuæ à virtutibus auſpicatus eſt.
Docuitque non qualis naſcereris, ſed qualis viveres,
Ad veram gloriam imputari.

X I.

Principatus D. Petri Cæſareo major.

NAvicula Petrus ſua,
quam ſceptro Cæſar clarior eſt.
Licet clavum uterque tenuerit,
Uterque ſuo Romam imbuerit ſanguine.
Quoſdam nativitas ſola à vulgo diſtinguit,
Confundit vita:
Hunc nativitas confudit, diſtinxit vita.
Ita piſcator unus,
Cœlum terraſque nominis implevit gloriâ;
Quem nec inter Muliones ſuos conſcripſiſſet Nero,
Homo qui in paupertate ſuas opes,
In calamitate felicitatem collocaverat.
Honorem in quæſita ignominia.
Ipſa Roma niſi Nerones habuiſſet, eſſet illuſtrior,
Niſi Petrum, obſcurior.

XII.

D. Petrus magnis virtutibus contra Neronis improbitatem certavit.

HOſpes Romæ notum Petrus ac hoſtis,
quia improbos non ferebat,
non ferebatur ab improbis.

Ingratus

Digitized by Google

[illegible] ingratus, quod placere ingratis non poſſet.
Illuſtres vinculorum eius radios,
Cùm invidorum oculi non ferrent,
Carceris tenebris opprimere ſunt conati:
Sed lux tenebris condi non poterat,
Emicuit illuſtrior, ut cæci hanc etiam viderent.
Cùm ad libertatem illi via pateſieret è carcere,
Aliis ſe vinclis teneri, quàm ſervos offendere [illegible]
Innocens cùm eſſet, maluit ſic mori,
quàm favere nocentibus.
Neroni materiam ſcelerum [illegible] [illegible],
Magnum unum, ac plures peſſimos.
Materiam ſuæ virtutum Nero reddidit;
Sed debitum ſibi carcerem, ac crucem.
Glorioſior certè Petrus, quod ſemel non moriturus,
quàm Nero quod non ſemel, moriturus.
Nullâ tamen tyrannide
hominis conſtantia expugnari potuit;
Nullâ is arte, niſi divini amoris
vinciri, ac vinci conſpectus eſt.
Suâ tantùm virtute atque alienis vitiis occubuit.
Et crucem in pœnam ſimul ac præmium habuit.

Inſcriptio Decimatertia D. Paulo Alteri Apoſtolorum Principi conſecrata.

D. Paulus ex Chriſtianorum hoſte vas electionis.

Age viator
Et hunc inſpice tumulum Petro proximum.
Sive probus, ſive improbus fueris, exemplar habes.
Inſpice hanc Eccleſiæ columnam in ruina [illegible]
Saulum olim nunc Paulum.

Lupum, & Agnum:
Seditionis, & electionis vas:
Chriſtiani nominis hoſtem, ac defenſorem.
Sceleratorum ducem, & proborum anteſignanum.
Ad virtutes perinde ac vitia ſtrenuum.
Victorioſum ubique.
Sive ille alios ſive illum alii perſequerentur,
quamvis non niſi victus triumpharet.
Raptorem, & paſtorem,
Qui
cum videret, cæcus erat, cũ cœcus eſſet, cœpit videre.
Viſum quem luce affulgente amiſit,
Recepit in affuſis tenebris.
Præceps in viam actus eſt, quia aberrabat viâ.
Nec mirum equo fuiſſe intolerabilem,
qui etiam DEO erat:
Nemo unquam manu graviore proſtratus cecidit,
Aut fortiori ſurrexit,
Erectus cadendo, ex terra cœlum attigit.
Nemo majus in caſu præſidium reperit.
Majorem nemo in clade habuit victoriam.
Atrocius nemo Chriſtum in membris eſt perſecutus:
Nemo proſecutus generoſius.
In eadem patientiæ ſcholâ, quâ alios exercuit,
ipſe eruditus eſt,
Doctior cùm ſic patientiam diſceret,
quàm cùm doceret.

DE

Digitized by Google

DE LUTHERO APOSTATA

Ex hiſtoriis plurium paria de Luthero ſcribentium, ut Cochlæo, Vlenbergio, Florimundo, Bozio, quorum primus æqualis, alter eiuſdem diu aſſecla fuit, hæc deſumentur.

Inſcriptio Repugnantium

I.

Lutherus malè natus, pejus vixit, ac mortuus eſt.

Age Lector,

Quiſquis Lutheri fata conſideras,
Ne lacrymis tumulum morientis aſperge,
Sed naſcentis thalamum:
Malè enim mortuus non eſt, ſed natus.
Præpoſterus his ordo eſt,
Vita ejus, non mors deploranda eſt,
Quem vixiſſe multò fuit ſatius quàm vivere:
Qui naſci non debuerat, niſi ad mortem.
Pueritiam ita à litteris exorſus eſt,
Vt viſus ſit multis ſenex:
Senectutem ita iiſdem impendit,
Vt viſus ſit multis puer.
Adeò quas adoleſcens ſcholis ſcientiâ ornaverat,
Adultus corrupit ignorantiâ:
Doctior futurus, ſi minùs didiciſſet.
A ſapientiæ igitur ſtudio auſpicatus inſaniam eſt.
Hoc tamen reliquis ſui ævi hominibus peritior,

Quòd veritatis laudem ab erroribus;
Scientiæ, ab ignorantia;
Virtutis, à vitiis traxerit.
Quod in infamia, famam;
In ignominia, gloriam:
In temeritate ſucceſſum repererit:
Quanquam is Lutherus fuerit, qui mundi
Hominumque de ſe judicia ſperneret.
Quæ in eo ſumma videri virtus poterat,
Niſi & ipſam ſprevisſet virtutem.

II.

Lutherus Apoſtata & antiquæ religionis everſor.

Mundum Lutherus
intra Monaſterii ſepta latendo fefellerat:
Hunc ut iterum falleret, extra ſepta prodiit.
Cucullum igitur in pileum doctoralem,
Id eſt, quadratis rotunda permutavit,
Hæc prima fuit ad fraudem præluſio.
Subinde admotus cathedræ,
Docere cœpit, quæ nunquam didiciſſet.
Loqui quæ nunquam audiviſſet:
Tam ſapiens viſus ſtultis, quàm ſtultus ſapientibus.
Ad libertatem provocabat Evangelicam, ut opprimeret.
Iugum clamabat excutiendum, ut imponeret
Religionem prætendebat impietati,
Sub fidei titulo perfidiam,
Sub honeſtatis larva impudentiam.
Sub libertatis pallio ſervitium proponebat;
Speciosa nomina, & dedecori tegendo idonea,
Leges deinde reperit, quibus ceteras leges everteret.
Præceptumque credendi unum fuit,

Præcepta

Digitized by Google

Præcepta impleri non poſſe.
Hos de ſuæ doctrinæ ſtabiliendæ miraculo,
Monachos in thalamo ſacerdotes ex altaribus.
Nepotes Lutheri.

III.

Lutherus veterum hæreticorum omnem modū dicendi & vivendi ſcientiā ſuperavit.

LVtherus ubi ſemel exorbitaſſet, puta deſeruiſſet viā.
Tam inſanus,
Vt ſolus ſapientiam poſſidere ſe crederet.
Antiquitatem totam aſpernatus:
Ita tamen veterum hæreſiarcharum
expreſſit ad apicem vitia,
Vt in ſolo Luthero omnes revixiſſe dicerem.
Parem cum illis communionem retinebat,
Parem arrogantiam, perfidiæ addidit.
Sua in levitate conſtantiſſimus.
Veterum hæreticorum Echo,
Qui extrema eorum idem repetiit.
Nulli unquam ceſſit, aut conceſſit quicquam,
niſi ſuæ cupiditati.
Nulli obſequebatur, ne rationi quidem ſuæ.
Nullum unquam reveritus eſt, nec ſuperos quidem.
Rigorem ſibi debitum aliis imponebat:
Durus omnibus præterquam ſibi.
Quod ipſe peccaſſet expiare volebat alios.
Ruſticorum in principes furorem acuit,
Principum in ruſticos,
Ejuſdem ſeditionis & autor & ultor.

Poſſ-

Perfidiam, pro fide; fidem, pro perfidia habuit.
Scelera cum in ſe inveniret plurima,
Laudavit in aliis.
Religionis rarò memor, niſi ut contemneret.

IV.

Labor improbus Lutheri proſtravit omnia.

O'Tium nemo Luthero exprobret;
otioſus non fuit,
Qui totum evertit in imperio imperium;
Objecit ſubditos Dominis, natos parentibus,
Profana ſacris miſcuit, haras aris
Qui temeritatem in conſilio; audaciam in conatu.
Verſutiam in opere, pervicaciam in cœpto adhibuit.
Ita timidos conterruit, temerarios conciliavit,
Perſpicaces deluſit, fefellit ſimplices,
Improbos in obſequio, probos in timore continuit.
Hic labor hujus Apoſtoli fuit, hi mores.
In quibus ſibi nec ſimilis erat Lutherus.
Quia ſemper alius:
Nec diſſimilis, quia ſemper per perniciöſus fuit.
Strenuam impendit operam,
Præſertim ubi ventum ad pocula.
Ita diligens homo ad ſalutem cum nollet vivere.
Cœpit bibere,
Orator ſimul, ac potator ſtrenuus; ubique ore promptus.
Sanctus eſſet,
Niſi laborem fidei virtutique debitum,
In perfidiam ac ſcelera conſumpſiſſet.
Pater patriæ magno ſtudio eſſe poterat:
Niſi illi, quæ vitam ipſi mortalem dediſſet,
Immortalem abſtuliſſet.

V. Lu-

Digitized by Google

Salutem deſperaret: perierat, quiſquis ſperaret.
Hac doctrinâ quantùm ſibi Lutherus placuit,
Tantùm multis diſplicuit,

VIII.

Lutheri fama vitiis comparata.

LVtheri gloriam nemo imminuit, cùm nulla eſſet.
Famam nemo læſit, quòd fuerit ſemper corrupta.
Patientiam nemo offendit, cùm nullam haberet.
Gloriam tamen ubique eſt aucupatus;
Sed inanem.
Famam ſectatus; at obſcuram,
His enim ſervire, quàm conſcientiæ:
Et bonus videri, quàm eſſe maluit.
Probus quidem habitus, ſed tantùm ab improbis.
Famam apud infames,
Apud ingloriοs poſſedit gloriam.
Inſigni patientiâ
Contumelias omnes negligere ſolitus,
Dum ad alios quàm ſeipſum ſpectarent.
Ignominiam contempſit,
Sed non abſque ignominia.
Invidiam ſuperavit, non virtute, ſed vitio;
Contentus vincere.
Laudem omnem amiſit, dum quæreret,
Dum non quæreret, incurrit infamiam.
Crimen crimini addidit,
Cùm ſcelus defendere non poſſet, abſque ſcelere.
Aliorum etiam perfidiam, cùm ſuaderet, fecit ſuam.
Ita denique inter ipſa defunctus flagitia,
Nullâ virtutis laude,
Pertinaciam corrumpere voluit.

IX. Lu-

Digitized by Google

IX.

Lutherus aſſectauerat famam [illegible] Germaniam male [illegible].

Lutherus

Homo erat effrenatus [illegible] impotens.

Qui aliorum tamen potentiam

Ad ſuam [illegible] [illegible] eſt.

Nulli pepercit, cui nocere poſſet.

In præſentes linguam; in abſentes calamum ſtrinxit.

Vtroque, tamquam pugione eſt uſus,

Vt omnes iugularet.

Caput [illegible] non poſſet, famam eſt [illegible].

Pro morte [illegible] infamiam.

Principibus ſeſe præfecerat [illegible];

ut hi etiam ſeruirent.

Regibus minitabatur, armato tantùm ore.

Multorum, in quos debacchatus eſt Lutherus,

Patientiam pro imbecillitate habuit.

Credidit ſibi nocere non poſſe, qui parcerent.

Sub [illegible] [illegible], [illegible] Germaniæ,

Mille ſeſe bellorum [illegible] [illegible].

In libertate ſeruitutem.

Hoſtem ſe Papæ, cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible],

A ſe [illegible] [illegible], Religionem eſſe [illegible] ac [illegible].

Exiuit pro ratione [illegible] [illegible],

Pro conſilio temeritatem,

Auſus eſt [illegible] nec [illegible] [illegible];

Facere, quæ nec diceret.

Ita, quaſi Epheſini templi [illegible] [illegible].

Famam meruit [illegible] ſcelere,

[illegible]

Digitized by Google

Toti inflammandæ Germaniæ faces intulit;
Tantò periculoſiores,
Quòd non minùs incenderent corpora, quàm animos.
Arſerunt urbes, domus, templa, homines quoque.
Sed & in urbibus conſumtæ leges,
In domibus concordia,
In templis religio, in hominibus fides.
Has tamen propter fidem Germania patitur;
Sed paucos cenſet Martyres.

X.

Lutherus, ut ſibi pleroſque addiceret, docuit quæ plerique amarent.

NOvus homo Lutherus
Vt antiquam vivendi legem everteret,
Novam legem condidit vivendi ſine legibus.
Negavit leges impleri ab aliis poſſe, cum ipſe nollet.
Et ne eſſent, qui in ſe reprehenderent vitia,
Laudavit in aliis.
Libertatem vivendi credendique perſuaſit aliis,
Vt ipſe uteretur.
Peccantibus ſine confeſſione ſcelerum, Spem fecit veniæ
Sed ea ſpes multis deſperationem attulit.
Avorum ipſe deteſtatus fidem,
Suam nepotibus perfidiam deteſtandam reliquit.
Cùm omnia reformaſſet vetera,
Informem condidit fidem:
Tale monſtrum, quod omnis exhorruit natio.
Præter Germaniam.
Stulta hæc mater fœtum ſuum amare nimium eſt viſa.

Mirum

Mortuum certè fuit.
Et reperimus [illegible],
Et qui [illegible].
Vt [illegible] Superi:
Fictâ in [illegible]:
[illegible]:
Errores [illegible];
[illegible].
Vt [illegible].
Tantus erat in Germania [illegible].

CAPVT TERTIVM

Fons ſecundus argutiarum per epigraphes ſolum [illegible] deductas.

DE SANCTO PETRO APOSTOLO Inſcriptio.

I.

D. Petrus ac Paulus gemini, Chriſtiani ſolis lumina.

GEminos urbis, ac orbis Romani ſoles,
Non Romulum, ac Remum;
Sed Petrum ac Paulum,
Poſt ſolis ſui Chriſti JESU occaſum orta.
Contemplare,
Quiſquis æquor hoc mundi ad ſalutis portū navigas
Cynoſura hæc gemina,
Utriuſque orbis illuſtravit polum;

Non

Non è cœlo quidem, ſed terris exorta,
Ne obtutum cujuſquam falleret.
Radii illis fuère virtus, & ſapientia,
Quas nati in Oriente ad Occidentem.
Communi ſiderum curſu tranſtulère.
Nuſquam clariùs
Quàm inter carcerum, & perſecutionum
Fulſere tenebræ.
Erubuêre alieno ſcelere, in occaſu, hæc ſidera ſanguine cruenta:
Bono tamen omine; ut quæ nunquam ſuo
Soli occumbenti fuerint ſimiliora.

II.

D. Petrus hoſtium odia vitiaque virtutibus ſuperavit.

MOriendo Petrus triumphavit.
Qui
Nullo magis vulnere hoſtes proſtravit, quàm ſuo,
Aliorum ipſe victor, cùm in pugna occumberet.
Neronis furorem, manſuetudine,
Lictorum crudelitatem, patientiâ ſuperavit.
Fidem ſanguine, tanquam ſemine propagavit.
Virtutem exemplo, tanquam imagine, propoſuit.
Hæc verò omnia ſuis perſuaſit,
Etiam cùm taceret.
Roma ſuum primò oſtendit in Petrum odium,
Petrus ſuum in Romam amorem;
Cùm illa, quòd haberet in vita graviſſimum,
Mortem irrogaret.
Hic quod carissimum, vitam impenderet,
Suoque inimicam ſanguine, animatam cuperet.
Ita quem viventem urbs habuit hoſpitem,

Mor-

Digitized by Google

Mortuum poſſedit ſuum.
Immò Patrem ſub mortem habuit,
Ut qui plures illic moriendo, quàm vivendo
Filios pepererat.

III.

D. Petrus inter hoſtes & amicos omnem fortunam expertus eſt.

MEdius inter hoſtes atque amicos verſabatur,
Cui hoſtes juxta atque amicos Virtus pararat:
aliis amori, offendiculo aliis.
Nullum tamen vitæ gratia amare,
aut timere viſus eſt;
Cùm non minùs volupe illi eſſet mori, quàm vivere.
Omni fortunæ impenetrabilem objecit clypeum
Virtutem, quam ſartam tectam ultra vitæ etiam
extendit limites.
Hæc ſola in cruce mortua non eſt.
Alii ut urbem, datamque homini tueantur fidem,
Petrus ut orbem fidemque Deo traditam,
Mortis contemptu, armatus contra hoſtes inceſſit.
Ita non modo defendit orbem;
Sed & expugnavit cœlum.
Lacrymas cùm vivus omnes profudiſſet,
Non habuit quas morti impenderet.
Igitur ſanguinem dedit.
Dolorem quem ex vulneribus hauſit, potuit contemnere;
Hauſtum ex ſcelere, nunquam potuit.
Amicorū vulnera maximè ſenſit, ut quæ plura eſſent.
Licet amocia ab hoſte pateretur
Injuriarum memoriam nullam admiſit, niſi ut eas
condonaret.

Digitized by Google

VI.

D. Petrus immeritò à Nerone morti addictus eſt, qui hoſtium etiam vitam quærebat.

Non unam Petrus tolerare eſt crucem viſus,
Sed tot
Quot amicos numeraret, & inimicos,
Vtroſque deſeri dolebat,
Hós à Deo, illos ſeipſo.
Qui ſuam ſponte,
Alienam vitam invitus deſeruit;
Neque aliam magis mortem horruit,
Quàm aliorum,
Neronem miſeratus eſt, non timuit;
Invisus homini, quia erat diſſimilis.
Voluptatem, non ex vitiis captans,
Sed virtutibus.
Si vel boni viri pilum poſſediſſet Nero,
Venerandā Petri canitiem non maculaſſet ſanguine.
Non manus illas ſtrinxiſſet,
Quæ aliis ſalutem porrexerant.
Non illius pedes, qui pedes claudis dederat.
Non illud perdidiſſet corpus,
Cujus vel umbræ ingens pretium.
Digniſſimus certè factus eſt Nero cruce,
Dum Petrum cruci affigeret.
Nullos celeriùs Petrus cælum obtinere ratus,
Quàm pro Chriſto ligatos:
Manus etiam ad catenas porrexit:
quòd liberas eſſe vellet.
Corpus deniq; in cruce, tanquam ad quietē cōpoſuit,
Honeſtiſſimum Chriſtiano lectum arbitratus,
In quo Princeps ipſe moriens decubuerat.

D. P

V.

D. Petrus ad Crucem, tanquam virtutis præmium, aſpiravit.

BIs Chriſtum ad crucem ſecutus eſt Petrus,
Semel cum dolore, quando nihil paſſus eſt;
Sed magiſter ad crucem diſcipulum præiit:
Semel cum gaudio, quando extrema paſſus,
Diſcipulus ad crucem Magiſtrum ſubiit.
Doluit igitur, cùm non pateretur:
Dum pateretur, non doluit.
Crux illi deliciæ erant,
Sive errores ſuos, ſive Chriſti dolores contemplaretur.
Alienis doloribus ſuo ipſe dolori medicinam fecerat.
Quamvis in cruce expiaret ſcelera,
Virtute tamen ſua dignior Cruce, quàm vitiis fuit.
Quod ſi ad crucem ſola rapuiſſent ſcelera,
Nero ſuffigendus erat, liberandus Petrus.
Nunc ille indignus ſupplicio: hic dignus fuit.
Crux porrò honori eſſe cœpit,
Cùm ſola virtus plecteretur.
Nullum hic dedecus Petrus retulit,
Qui nullum attulerat.
Nec crux illi gravis: nec ille cruci fuit.
Pro quadriga hac uſus eſt, cũ iter ad cœlũ intenderet:
Simulque oſtendit,
Alium eſſe Romæ montem triumphantium,
Quàm capitolium.

VIII.

D. Petrus in Cruce verſo ad terram capite brachiiſque pependit.

Quicunque vivis
Petrum in cruce morientem adſpice,
Vivum monumentum patientiæ.
Crucem ipſe ſuam ſibi in morte prætulit.
Facem ſibi præluxit, virtutibus.
Ex cruce cælum aditurus,
Pedibus in altum extolli voluit;
Ut quâ viâ ad cælum incendendum,
Spectatores diſcerent.
Caput venerandum terræ prius affigi voluit,
Vt Romana intelligeret Eccleſia,
Terris ſuis caput relinqui.
Cùm alias non poſſideret opes,
Hereditatem fidei ſuis tranſcripſit.
Addidit corpus mortuum ad mortis remedium:
Vt cujus olim contactum profuiſſe non neſciret.
Cruci ita ſuffixus eſt,
Vt expaſſa terræ offerret brachia,
Paratus his etiam inimicos amplecti.
Nunquam ſimilior Chriſto Petrus viſus eſt,
Quàm cùm ita diſſimilis
Penderet in cruce.
Purpuram triumphans induit,
Qualis Eccleſiæ Principes decere poſſit,
Suo tinctam ſanguine,
In vaticano monte tropæum fixit Petrus
Se ipſum, monte altiorem,
Loco Petræ debito.

IX.

D. Petri varia prærogativa in cæteris Apoſtolis.

Soli Petro
Chriſtus nomen impoſuit, ut immortale eſſet.
Solus Petrus
Cum Chriſto aquas calcavit,
Tanquam mari poſt illum imperaturus.
Solus
Claves à Chriſto accepit, quibus cælum panderet.
Solus
A Chriſto tributo redemptus eſt, Perſona utiq; pretioſa.
Soli Petro
Inter Apoſtolos loquendi prærogativa conceſſa eſt,
Vt ſcires eſſe caput.
Soli
Et ſuam, & illius nuntiavit mortem,
Vt mitigaret præviſam.
Pro ſola Petri fide firmando oravit Chriſtus:
Vt appareret, quantus eſſet,
Pro quo Deus etiam ſupplex fieret.
Primus ille, cui Deus ad pedes accidit,
Solus qui deprecatus eſt.
Dignior habitus, quòd indignum ſe agnoſceret.
Primus Apoſtolorum fuit,
Cui Chriſtus à morte vivus occurrit,
Vt oſtenderet tam chari diſcipuli
cum morte non eſſe ſepultam memoriam.
Primus denique Petrus
Qui fidei lucem, & Judæis, & gentibus attulit.
Caput omnium.

Ut cœci, ac ſine capite ſint,
Qui hoc caput non agnoſcunt.

X.

D. *Petrus multorum locorum Apoſtolus.*

Idem Petrus
Galatiæ hoſpes, & Cappadociæ fuit;
Pontum habitavit & Syriam;
Antiochiæ incola,, & Romæ fuit;
Utrimque ſedem collocavit, hic etiam fixit.
Idem Solymæo in carcere, & Romano fuit;
Illic Angelus, hic illi Chriſtus adſtitit.
Ille eduxit de carcere, hic reduxit;
Miraculo majori, quòd vincula ſoluta Petrus indueret,
quàm quòd exueret non ſoluta.
Cùm denique terras longè oberraſſet, cœlum adiit,
ex carcere hanc metam aſſecutus.
Ita cùm abiret, aliis Europam defenſoribus credidit,
Siciliam Pancratio, Capuam Priſco,
Galliam Materno, Hiſpaniam Torquato.
Neapolim Aſpernati, Ravennam Apollinari,
Aliis alia, Lino ſucceſſori omnia.
Quamvis illi nihil poſſidendum relinqueret,
præter ſedem;
Quid verò reperiret in ſede vacua?
Tam parvæ copiæ,
Cùm denique Europam ſubjugaſſent,
Pleræque gentium ſe victas gaviſæ ſunt,
Infelices futuræ, niſi ſuccubuiſſent.

XI.

Digitized by Google

XI.

Probatiſſimi D. Petri mores & indoles.

MOres Petri omnium merebantur amorem,
Agno mitior; niſi cùm adverſus lupos inſurgeret.
Cum omnibus pacẽ, cum vitiis tantum bellũ habuit.
Verba, neque venalia circumferebat,
Cùm pretium doctrinæ non poſceret:
neque gratis vendebat,
Cum nulli verba dediſſe compertus ſit, abſque fide,
Capite incedebat nudo,
Vt ex capite diſceres, quàm apertum pectus eſſet.
Oculis ſanguine modicè ſuffuſis erat,
Quos etiamnum ad ſcelus erubeſcere crederes.
Nihil in homine toto lividum,
Præter flagellorum veſtigia,
Quæ cùm hoſtis deeſſet alius, ſibi infixerat.
Nihil atrum inerat,
Niſi quòd in ſuperciliis amares etiam.
Tam multa cùm in illo magna eſſent,
Illud longè maximum fuit,
Quod magnus omnibus videretur,
præterquam ſibi.

XII.

D. Petrus inter vincula cuſtodes carceris fide Chriſti imbuit.

Vinctus
Nec in carcere libertatem amiſerat Petrus:
nec inter dolores gaudia.

Militibus pro vigiliis adſtantibus,
Vigilantior ipſe adſtitit,
Cùm fidem illós docuit, ſuæ ipſe cuſtodiæ cuſtos.
Mirabantur illi ſe infideles eſſe,
Et captivos ante carcerem,
Abſolvi à vincto vinculis ſuis potuiſſe,
Prædicabant inimicis indignum eſſe,
Et indignum morte,
Qui odia favore muneraretur, & mortem vitâ.
Suſpiciebant virum uſque adeò negligentem ſui,
& amantem hoſtium;
Vt propria pericula non ſentiret,
Dum aliena averteret.

XIII.

D. Petrus laudis ac honoris fugiens.

Virtutes Petri
Cum loqui non deſinerent homines,
Audire detrectabat Petrus,
Huic ſolùm veritati adverſarius.
Tantò porrò majorem in vita laudem eſt aſſecutus,
Quòd laudari poſſet, & nollet.
Nullus illũ offendere poterat, quãtũvis atrox hoſtis,
Niſi cùm laudaret.
Honorem inter ſupplicia:
Supplicium pro Chriſto inter honores habuit:
Cupiebat ſperni.
Huic voto Roma, cæteroquin pertinax, obſecuta creditur,
Contempſit vivum:
Sed laudavit mortuum.

DE

DE LVTHERO APOSTATÀ Inſcriptio Alienatorum.

I.

In Luthero nulla virtus ſine ſcelere.

Vixit.
Lutherus, morte ſua, quàm origine clarior.
In vita nobilis, at ſolis vitiis.
In doctrina celebris, at ſolis erroribus,
Ingenio non difficili, niſi ad bona.
Quod virtute non potuit, ſcelere eſt aſſecutus.
Religioſus, ſed abſque diſciplina.
Haris quam aris dignior.
Doctor, ſed abſque ſapientia.
Minus erraturus, ſi fuiſſet indoctior.
Divorum memor, ſed non ſine contumelia.
Sacrorum obſervator, ut aboleret.
Disertus, ſed ad calumnias.
Neque faciendi, neque rectè loquendi inſtructus uſu.
Circumſpectus, ſed ut lateret in crimine.
Cautus, ſed ut vel nocens fugerat,
Vel falleret innocentes.
Vt ſuam oſtenderet ſubmiſſionem, carni ſubjecit ſpiritum, rem nobilem ignobili.
Noluit cuiquam Corpus ſervire, niſi voluptati.
Semper obſequi paratus,
Dum Cupiditas imperaret.

Lu-

II.

Lutheri nec origo, nec vita, nec mortis ſtatus ſatis exploratus.

ORigo hominis ambigua,
Vita anceps, mors dubia fuit
Mater illi certa, at incertus pater,
Si tamen arborem ſua licet ex fructu diſtinguere.
Is Lutherus fuit,
Nulli mortalium, nec ſibi quidem ſimilis:
Humana quidem ſpecie:
Sed infra, aut ſupra hominem.
Conſuetudo, quis eſſet, docere potuit:
Vixit cum Angelis,
Atris, an Albis? non definio.
Muſeum cum illis commune habuit,
Etiam menſam ac ſalem.
Familiaritas inter utroſque fuit,
An etiam paritas? anceps manet.
Magis vero & anceps illud, quis officio Lutherus fuerit?
Omne abiiſſe munus, & nullum viſum eſt.
Monachus, at ſine cucullo:
Pater, at ſine conjuge:
Theologus, at ſine fide:
Paſtor, ſine grege:
Epiſcopus, ſine ordine:
Pontifex, ſine ſede.
Tot officiorum hominem nec logicus definire,
nec per ſuas explorare cauſas Phyſicus,
nec Mathematicus ſuis potuit terminis circumſcribere.
Solus Veſpillo id potuit,

Cum

Cùm ex thalamo deponeret in tumulum,
ante morbum mortuum.

III.

Lutherus ex clauſtro & ſchola virtutum, omne genus vitiorum in orbem produxit, novo Magiſtro uſus.

Latuit in cœnobio priuſquam orbi innoteſceret,
In tenebris, quàm luce illuſtrior.
Gloriam quærendo amiſit.
Fidem inſtaurando perdidit.
Erupit ex clauſtro,
Vt eo perfracto, aliis poſt ſe viam faceret.
Veſtem denique exuit, ac cum ea verecundiam.
Divos optimè coli docuit, ſi eos contemneres,
Nec in imagine quidem tolerares.
Everſis aris templa colere homines docuit,
Airando magis, quàm orando.
Ex pietatis aſceterio progreſſus,
Impietatis Magiſter exſtitit.
Ex bona ſervitute, ad noxiam libertatem diſceſſit:
Converſurus bonam libertatem, in noxiam ſervitutem.
Intemperantiam produxit ex ſchola continentiæ.
Superbiam in ipſo ſubmiſſionis aluit gymnaſio.
Sentire neminem putabat rectè,
qui ſecum diſſentiret.
Nulli ſe victum unquam conceſſiſſe,
Niſi diabolo fatetur Magiſtro.
Miramur rem adeò raram, ſed & nobiſcum alii,
Qui illum magnum fuiſſe credunt
Amatorem concordiæ,

Cui cum ipſo etiam diſcordia genus
Convenire potuerit.
Vt ut ſit,
Lutherus virtutem hanc abſque invidia poſſidet.

IV.

Lutherus, fons omnium malorum in Germanos exundantium.

NEmo Lutherum bene neget mortuum,
Qui prius quàm naſceretur, mori debuit:
Aut certè eandem habere obſtetricem ſimul & præficam.
Et pro vallis inſidere rotis.
Nunc fumus eſt,
Poſtquam totam propè funeravit Germaniam,
Et ſuis præluſit exequiis multorum interitu.
Parentavit, tanti Pontificis Manibus
Imperator Carolus,
Lautis ad inferias cadentibus Saxonum victimis:
Ne ſine popularium luctu Lutherus occumberet,
Et ne vita ac fidei ſocios in morte amitteret.
Exinde Germania
Ludus adhucdum concurrit funebribus
Luthero debitis.
Egregia ſanè fides,
Pro qua tot occumbunt Martyres.
Hac fide ſi pergimus
Tota denique Germania unum erit Martyrium.
Bonus Lutherus vates eſt.
Si uno corrigatur verbo:
Peſtis eram vivus, moriens t.a mors ero Teuto.
Peſtis fuit, quæ ſuo etiam ven.no exſtincta eſt.

Mors

Mors aliorum prima, aliorum ſecunda,
Mala omnium.

V.

Lutherus inſanus libertatis everſor magis, quàm propugnator.

Novus libertatis propugnator
Lutherus ſæpe oppugnatus ac victus,
Expugnatus nunquam:
Docuit ferreis expugnandos errores ſtylis,
Si accederet pertinacia.
Triumphavit ſæpius, quanquam in ſcelere.
Spectatiſſimus ſuis atque aliorum vitiis,
Hoc denique obtinuit,
Vt orbis de ſe loqueretur tanquam de prodigio,
Spectaret tanquam de cavea feram.
Vir cujus non modo nomen, ſed & corpus
Romanæ jam dudum rotæ debitum.
Qui ita vixit, ut imitari qui vellet,
Homo manere vix poſſet.
Magni ſanè vir pretii, quem natum fuiſſe
Mille talentis Europæ hactenus conſtitit.
Cùm ad inflatam ab illo libertatis tubam,
Omnis penè natio armis pacem, opeſque conſumpſerit.
Armavit Germaniam non in hoſtem, ſed ſeipſam,
Idem Germanus hoſtis & amicus, victus & victor eſt.
In toto imperio
Omne evertit cum obſequio imperium.
Sed qui ſub uno principe quærebant libertatem,
Sub multis ſervire cœperunt.
Neque ulla deinde libertas reliqua fuit,
Quàm immenſis tributis non emerent.

Luthe-

Digitized by Google

VI.

Lutherus tanquam in theatro perſonas

Lutherus Epiſcopus eſſe & maritus voluit:
Neutrum fuit.
Et calamo abuſus, & thalamo eſt: & choro, & thoro.
Cùm adhuc religioſum amictum gereret profanus homo,
Nihil ex omni habitu illi convenire eſt viſum
præter cingulum,
Si tamen coaſtringi poterat diſcinctus nepos.
Perſona verè comica
Sed quæ mox orbi inexſpectatam daturæ tragœdiam.
Pedes
Ex ſoccis in ocreas, tanquam cothurnos tranſtulit,
Peram lautâ crumenâ, Pedum equo commutavit,
Cucullum fimbriata convertit cyclade.
Hoc habitu perſonatus hiſtrio
Cœpit paratragœdiare:
Omnibus admirandus qui tantam vanitatem viderent,
non agnoſcerent.
Multis tamen, in gravitate nimia, levis
Aliis in nimia levitate gravis viſus eſt.
Quamvis dignitatem omnem ex ſcelere conſecutus,
illis placeret,
Quibus virtus placere non poterat:
Diſpliceret omnibus, quibus non placerent vitia.

VII.

Lutherus novus ex hæreſiarcharum & Epicuri ſchola Magiſter voluptatis.

Novus ille Apoſtolorum, an Apoſtatarum
aſſecla Lutherus,

Ne

Ne prorſus antiquitati obnunciaret,
Veterum hæreticorum preſſit veſtigia.
Et novum quoddam congeſſit fidei chaos,
Quo errori veritatem confunderet;
Movit camarinam maleolentem perfidiæ
iam diu quietam,
Sentinam jam exoletarum complevit ſordium:
In his voluptatem quæſivit Epicuri de grege Porcus,
In voluptate ſalutem.
Suillo licet capite non eſſet, ventre fuit.
Qui nihil naturæ negabat,
Nihil concedebat temperantiæ.
Clauſtrum Monaſterii poſtquam ſemel perfregiſſet,
Clauſtra pudoris perrupit omnia.
Indomiti impurique oris homo,
Tanquam cum cingulo frenum depoſuiſſet.
Duo enim in illo fuêre monſtroſa,
Venter & cerebrum;
Ille, quia omnia, quæ ſaperent, admitteret:
Hoc, quia omnia, quæ non ſaperent, effutiret.

VIII.

Lutherus ex S. litteris verſis everſiſque turpiter fidem ſine operibus producit.

OPtimus morum præceptor Lutherus,
Vt inſtauraret lapſa fidei rudera,
A ſacra ſcriptura auſpicatus eſt, hanc novam condidit:
Truncavit capite, mutilavit membris,
enervavit, eviſceravit, evertit funditus:
Ita cùm nihil in illa retineret antiquum, fecit novam.
Cùm nihil relinqueret integrum, fecit evertendo ſuam.
Nimirum ingenium ſcripturæ aptare non poterat,

Scriptu-

Scripturam aptavit ingenio,
Rem bonam male
Adjecit etiam, ſed addendo integritatem ſuſtulit.
Fide non putabat ſalvari hominem,
niſi ſola eſſet;
Ne tamen hæc fides *in ſcriptura maneret ſola,*
Illi adjecit ſola; *ſed ſolus.*
Recta igitur ablegavit opera,
Caſtitatem de corpore, temperantiam de ventre,
Submiſſionem de voluntate, de mente ſapientiam.
Nec fortaſſe erraverit:
Nam ſola fides *poteſt, quod omnes virtutes nequeunt,*
Infernum reſerare, cœlum claudere.
Certè ſperare cœlum non poterat, cum ſola niſus fide,
Abſque omni ſpe viveret.

IX.

Lutherus ſacra & profana in Saxonia malè adminiſtravit.

Lutherus cereo ad vitium ingenio,
ad virtutes ferreo.
Duo in aulis Principum eximiè virtum tulit,
Barbam & togam.
Alios multos probitas, hunc improbitas
Ad ſumma extulit.
Agaſo vix futurus, ſi ex virtutibus dignitas æſtimaretur.
Sed cùm ex vitiis creverit, nihil illo excelſius,
Qui Principes etiam ſibi ſervos addiceret,
Vt Lutheri voluntate viverent.
Omnia in Saxonia hic homo moderabatur,
Præter ſeipſum.
Populus illi erat cum Principe obſequens,

Profa-

Digitized by Google

Profana cum ſacris deſerviebant.
Cruces ſacras cùm à templis ſuſtuliſſet.
Seipſum reliquit, crucem profanam, & publicam.
Suam ad normam formabat: omnia
Quæ erat libido hominis.
Tantum quiſque credebat, quantum Luthero placuit,
Virtutem omnium ſua cupiditate definiebat.
Cùm à ſcelere neminem poſſet abſolvere,
Novo ingenio,
A religione abſolvit Moniales;
A caſtitate ſacerdotes;
omnes à continentia, ac virtutibus cœteris.
Rara certè poteſtas, nec in ipſis reperta Apoſtolis.

X.

Lutherus, ut legem novam conderet, nulla ſe ſuoſque legè teneri, novâ perſuadendi arte, voluit.

Lutherus jam in clauſtro diſciplinâ ſolutus.
Extra illud etiam diſſolutus fuit.
Nulla ſe legi conſtringi eſt paſſus,
quam ipſe non fecerat.
Legiſlator hic novus, ſupra leges gradiebatur.
Vt mirum non ſit ab eo conculcatas eſſe.
Menſuram ipſe aliis vivendi omnes præſcribebat.
Servabat nullam, ne bibendi quidem.
Cenſor omnium, & ipſe cenſura digniſſimus.
In illum intenti mortalium oculi,
ſe decipi gaudebant:
Cùm perfidiam ſpecioſo religionis ornaret pallio,
Et vitia ſub virtutum nomine ac larva tegeret.
Ovina in pelle tectus incedebat lupus.

Ita

Digitized by Google

Ita Chriſti ovile ingreſſus, quot non clades dedit!
Sed nec hominis fraus quenquam,
Nec temeritas terruit.
Quòd quicquid peccaret, virtus haberetur.
Imitatores promptos ad rem facillimam nactus eſt.
Vivendi libertatem.
Neque enim deſunt, ubi impunè licet peccare, ſcelerati.
Anteibat Lutherus dux atque autor omnium,
Quem nemo tamen præſentem agnoſcere ſatis potuit.
Eam artem, ac virtutis ſpeciem
admiſcebat impudentiæ.
Abſentibus ac poſteris notior ex ſcriptis fuit.
In quibus verba fingere potuit,
Mentem non potuit.

XI.

Lutherus ingenii, eloquentiæ, & Doctoris titulo elatus, omnes præ ſe deſpexit.

Nova fidei Lutherus daturus exemplar,
Seipſum dedit,
Excucullatum Monachum, apoſtema religionis,
purgamentum monaſterii, peſtem ſanctitatis.
Quem nemo laudavit, niſi ut Eraſmus ſtultitiam:
Nemo probavit, niſi improbus.
Cathedram tamen profeſſus Theologicam;
Licet apud indignum ignominia loco hic dignitas eſſet.
Docuit, non ut melioribus placeret,
ſed pluribus.
Magnæ fidei homo, cui multi crederent.
Admirandum in illo magnopere nihil erat,
præter linguam.
Quâ cùm ad Divûm contumeliam uſus eſſet,

Nihil

Digitized by Google

Nihil habuit magis deteſtandum.
Hanc tamen
ad populi voluntatem ita inflectere didicerat,
Vt eum agnoſceres placere.
Mortuis magis infeſtus, quàm vivis.
Damavit proavos:
Omnes inſaniſſe docuit, ut videretur ſapere:
Omnes perfidiæ reos fecit, ut ſe abſolveret.
Ille denique cenſor antiquitatis,
Vt Apoſtolus eſſet, factus eſt Apoſtata.
Virtutes habuit,
quales ab improbis laudari, à probis reprehendi ſolent.

XII.

Lutherus potator egregius.

SI natale ſidus Lutheri quærimus,
Sub amphora natus videtur,
Et occubuiſſe ſub amphora.
Hanc vivens amaſſe legitur, nec deſeruiſſe moriturus:
Fortè quòd veritatem in vino quæreret.
Scrutatus certè hanc diu eſt.
Cùmque aboleret precatorios libros,
Precatoriam inſtituerat amphoram,
Ex qua ſalutem biberet.
Nepos inſignis, non à proavis quidem,
Sed à poſteris appellandus.
Quantum temporis,
Ad adverſariis debellandis ſupererat,
His impendit precibus.
Convivia & compotationes tanquam induciæ
Belli erant cum religione ſuſcepti.
Quanquam & inter epulas, non in ſuos modò crapulam.

Sed

Digitized by Google

Sed & in adverſarios bilem evomeret.
Mirum profectò non ſit, nihil ſobriè
—Dixiſſe hominem, qui nunquam ſobriè vixiſſe
compertus eſt.
Duo malè Luthero ſunt credita,
Sacra ſcriptura & amphora,
Vtramque evertit,
hanc vino, illam veritate.

XIII.

Lutheri in novæ fidei doctrina audax conſtantia.

Semel Lutherus miranda operatus dicitur,
Cum Dæmonem in puella oppugnavit,
Factus hoſtis Dæmoni.
Audax hominis factum,
Eundem eſſe qui Deum oppugnet & Dæmonem.
Is certè fuit Lutheri animus, qui nullum timeret,
Nec Deum quidem.
Illa in cœpto errore conſtantia,
Quæ mutaret locum, ac tempus quidem ſæpè,
Nunquam mentem;
Virtus digna patibulo.
Conſtantia tamen in eodem homine
Magna acceſſerat levitas;
Dum aſſerta, tam facilè rejiceret, quàm adwiſſerat:
Aſtrueret, ac deſtrueret mox eadem,
Lubricâ verborum fide.
Hac cum levitas, an cœlo extulerit,
An orco depreſſerit, ſacramentum mentat:
Hoc ſi fecerit, pondus hac levitas habuit.
Certè mortem ſecurus adiit, & lætus.

Cùm

Digitized by Google

Cùm ab epulis ad lectum diverteret,
Ex lecto nàiturus feretrum.
Sanus veſperè atque omnibus membris integer fuit,
Niſi quòd jam antè corde, & cerebro
Caruiſſe putaretur.
Magno tamen animo,
Venientem excepiſſe mortem creditur.
Quod in ea nullum doloris ſuſpirium
Exauditum fuerit.
Deſiit igitur bibere ſimul ac vivere.
Sed deplòratus non eſt mortuus;
Quòd Germania jam vivum luxerat.

CAPVT QVARTVM

Fons tertius comparatorum per exempla illuſtratus

DE SANCTO PETRO APOSTOLO

Inſcriptio

I.

D. Petri & Simonis Magi oppoſita ſtudia.

DVos uno tempore Roma Simones vidit.
Vtrumque Apoſtolum,
Alterum Dei, alterum Diaboli.
Vterque miraculis claruit.
Hic mortuos ambulare, ſine vita;
ille faciebat vivere, ſine morte:
Hic oculis mortalium lucem eripuit,
Vt quæ viderent, non cernerent;
Ille cœcitatem abſtulit, ut incognita cognoſcerent.
Vterque ſerviebat auribus.

Digitized by Google

Hic ut placita audirent apertæ: ille, ut clauſæ.
Vterque captivorum corpora vinculis abſolvebat,
Hic ut injiceret animo, ille ut detraheret.
Hic ad miſeram felices,
Ille ad felicitatem miſeros deduxit:
Hic nunc ſerpentis, nunc leonis, nunc bovis
Formam induebat: ut alios terreret, alios falleret:
Ille nunc Paſtoris, nunc Medici, nunc Doctoris
perſonam agebat,
Vt alios ſervaret, alios reſtitueret.
Ita cùm omnibus omnia uterque fieret,
Hic nihil humani retinuit, ille nihil amiſit,
Ille per aëra volabat, quod eſſet leviſſimus:
Ambulabat per flammas, quòd eſſet adamantinus:
Hic animos in cœlum extolli maluit, quam corpora,
Et veneris magis flammas, quàm Vulcani horruit.

II.

D. Petri & Neronis potentia ac dignitas comparata.

PEtrus licet piſcator: Nero eſſet Imperator;
Nunquam tamen plura hic poſſedit,
Quàm ille contemnebat.
Opum contemptus iſtum ditiorem fecit,
quàm illum poſſeſſio.
Imperium,
alter in ſeipſum, alter in alios occupaverat;
Sed ille felicius,
Quod Ira, Libido, Avaritia, Tyranni graviſſimi,
Petro ſervirent, qui Neroni imperarent:
Nam unus Tyrannus plurium erat mancipium.
Hic amicos etiam timebat: ille nec hoſtem quidē.

Contumeliis ille crebriùs petebatur, quam ferret,
Hic avidius ferebat, quàm peteretur.
In illius poteſtate erat tormenta inferre,
In hujus ne ſentire quidem.
Ille voluptatibus fruebatur ad dolorem,
Hic doloribus ad voluptatem.
Ita is quidem voluptatem in voluptate, hic dolorem in dolore nullum habuit.
Uterque ferreus:
Hic quia nil ſentiret mali; ille quia nil boni.

III.

D. Petri in rebus creatis excellentia.

Petrus
Flos in pratis, lilium in floribus,
aurum inter metalla, inter lapides gemma,
Inter plantas vitis, inter arbores Cedrus,
quòd in ceteris Apoſtolis emineret.
Inter animantes agnus,
quòd ad injurias, & mortem fileret,
Hoc tamen etiam Leonis habuit,
quòd fortiſſimus, & infractus cùm eſſet,
ſine horrore tamen Gallum non videret:
flere ſolitus, cùm audiret cantantem.
Inter ſtellas quoquè cùm ſol haberetur,
Romæ in meridie eclipſin paſſus,
oſtendit Romanis veram fidei lucem deeſſe.
Fruſtra vero Petrum noſtris ornamus laudibus,
Cùm neque flori pulchritudinem,
neque auro pretiū, neque ſoli lucem addere liceat,
Verba perdimus; quibus dum ſumus impares,

Digitized by Google

Factis plus detrahimus, quàm addimus.
Laudatus hoc ipſo ſatis
Quod laudari nequeat ſatis.
Ipſis hoſtibus Romanis placuit,
Sed ex oculis jam ſublatus; ut agnoſceres ſolem fuiſſe, quem præſentem negligimus, abſentem optamus.

IV.

D. Petri & Lutheri antitheſes.

VTerque Lutherus & Petrus præfuerunt ovibus,
ille Lupus; hic Paſtor.
Uterque hinc lucrum colligebat;
ille ſibi, hic aliis.
Uterque gregem alebat:
ille ſpe præſentium; hic futurorum.
Niſi Eccleſia habuiſſet Petrum & hæreſis Lutherum
Neutra fortaſſis eſſet.
Illam fundavit Petrus, hanc evertit:
Hanc Lutherus fundavit, evertit illam.
Novus uterque Heraclitus, ac Democritus.
Heraclitus alienam ſtultitiam fleviſſe dicitur,
Petrus ſuam.
Ille quod reliquis ſapientiorem ſe crederet,
Hic quòd magis inſipientem.
Democritus cum Luthero deriſit omnes,
Uterque maximè ridiculus,
Quod nullum extra ſe crederent ſapere;
Petra tamen etiam Lutherus cum Petro dici potuit,
Hoc diſcrimine,
quòd ille durus aliis, hic ſibi fuerit.
Vterque tamen hoc ſimile habuit,

Quod

Digitized by Google

Quod infractus perſiſteret,
In fide alter, alter in perfidia,

V.

D. Petrus multarum gentium ad fidem converſor.

Petrus à Chriſto vocatus piſcator,
Hominibus, quàm piſcibus capiendis aptior.
Artem non reliquit, ſed mutavit,
Poſtquã ex communi naufragio in portum enataſſet
Navis illi Eccleſia, rete doctrina & miracula,
piſces fuêre homines.
Oratione provocabat, exemplo trahebat,
miraculis concludebat.
Ita nunquam vacuis abſceſſit retibus.
Aquas cùm navigare non poſſet, calcavit pedibus.
Ne opportunitatem amitteret, etiam aquæ ſuberant.
Quanquam alii terram à Petro calcatam
magis admirentur,
Cùm terrena haberet ſimul omnia ſub pedibus.
Linguas omnes, tanquam hamos, non imperitus piſcator;
Virtutes tanquam eſcam collegerat.
Ita diviſas olim linguis gentes,
Linguis ſtuduit conjungere.
Mithridates novus,
Qui ſuo quamque gentem ſermone cõpellaret.

VI.

D. Petri umbra ſanitatem confert.

QVid Petrus virtute poſſet, ſola umbra Petri docuit,

Cum ægris ſaluti fuit.
Ridicula olim Athenis viſa eſt
ſuſcepta de umbris contentio,
Dum quiſque poſſeſſor fieri cuperet.
Rideri modò ea res deſiit, poſtquam umbris pretium
pro fecta ab umbris ſanitas fecit,
Illuſtris modo res umbra eſſe cœpit mortalibus,
Poſtquam ab ea profecta eſt fides.
Nimirum in umbra illi tenebras amabant,
Fugiebant lucem;
Hæc umbra diſpulit tenebras,& lucem dedit,
Sub Platani umbris quietem alii,
Alii ſub tilia quærant;
Hominis umbra homini eſt ſalubrior.
Hæc cœcis oculos aperit,ut animo videant,
Surdis aures,ne animo obſurdeſcant.
Claudis reſtituit greſſum,quo & cœlum adeant,
Cedant modo faces,ac cetera lumina,
Hæc umbra longè eſt clarior.

DE LVTHERO APOSTATA

Inſcriptio comparatorum

I.

Lutherus omnem vultum induere,artem ſimulare poterat.

QVod vertumnus apud Romanos, Protheus apud Grajos,
In terra Chamæleon,in aqua Polypus,
Hoc Lutherus in vita fuit,

Semper

Semper alius,
Inter feras vulpes, inter piſces lupus, inter aves milvius,
aut fefellit, aut nocuit.
Inter arbores taxus, inter herbas cicuta,
nulli profuit.
Quod ſphinx in Thebis, Hydra in Lerna,
Minotaurus in Creta,
Hoc Lutherus in Germania eſt.
Rudes quæſtionibus implicat, involuit erroribus,
Septemplici ore venenum aſpirat.
Cum illo ſi vixiſſet Neſtorius, eſſet innocens;
Si Arius, probus; ſi Pelagius, pius;
Omnes ab uno ſunt victi,
Si quidem in ſcelere victoria eſt.
Magnam tamen in Luthero fidem prædicant,
Quòd graviora, quàm omnes,
Solus credere potuerit.
Infecta, facta; vitia eſſe virtutes credidit,
Quæ nemo alius, nec ipſe ſciret, tamen credidit.
Rectè forſitan;
Nam vincit fides ſcientiam.

II.

Lutherus tragicè in Germania velut theatro verſatus eſt.

T*Ragœdiam in orbe, an comœdiam luſerit anceps eſt.*
Bacchatus in ſacris tragicè eſt,
In profanis luſit comicè.
Omnium horarum atque linguarum homo.
Vt odiis opportunè uteretur,
Mores & amores fingere noverat.

Digitized by Google

Luſiſſe igitur tragœdiam viſus eſt,
Cujus argumentum hæreſis,
Protaſis rebellio, Epitaſis vulnera & cædes,
Cataſtaſis excidium,
Theatrum Germania, ſcena Saxonia, ſiparium libertas,
Choragus Lutherus,
Actores Miniſtri, chorus Teutones,
Harmonia nulla, nullus Epilogus,
Cataſtrophe perpetua.
In hoc theatro Lutherus fabulam dedit,
Cùm fingeret Fidem, Virtutem ſimularet,
Libertatem venderet.
Adeo tamen peritè luſit, ut pauci fabulã dari crederent.
Nos hanc illi laudem non invidemus,
Poëta fuit.
Quin & alii dum Lutherum magnificè prædicant.
Poëta fiunt;
Sed ignominiam irrogant, pro gloria:
Cùm Lutherus hactenus
Ab improbis tantùm probatus fuerit.

III.

Lutherus ebrietatis vitio mortem properavit.

SOcrates hauſtâ cicutâ, Lutherus vino mortem bibit.
Vterque ſimilis,
quod ex poculo mortem hauſerit.
Diſſimilis
quod hic nolens, ille volens:
Hic amore bibendi, ille tædio vivendi.
Vterque ſapiens eſſe voluit, neuter fuit:
Ille quod mori rectè, hic quod vivere neſciret.

Immortæ

Digitized by Google

Immortalitatem uterque meritus eſt:
Hic ſcelere, ille virtute,
Aut certe utroque uterque titulo.
Vter tamen Chriſtianè magis vixerit, incertum;
Cùm ille Chriſtum, quem ignoraret,
Sæpè moribus expreſſerit:
Hic quem agnoſceret, ſæpè depreſſerit.
Vnde ambigua vita homini crucem nemo finxit
Nequid Chriſto haberet ſimile:
Facem nemo prætulit, ne quid diſſimile.
Diſpari enim uterque fato mortuus.
Hic in ligno, ille in lecto; hic ex ſiti, ille ex temulentia.
Pari tamen ritu ſepultus.
Sub terra uterque.
Niſi quòd ille hinc denique aſcenderit vivus,
Hic deſcenderit mortuus.

IV.

Lutherus cœcus & præceps multas Germaniæ clades intulit.

Quod fatua Harpaſti, idem Luthero vitium eſt.
Illa cùm cæca eſſet, ſe reliquis oculatiorem credidit.
Domui tantùm ſua imputabat tenebras:
Lutherus videre ſe credidit,
Romanam cæcutire Eccleſiam.
Cæcus hac domo egreſſus, oberravit abſque luce.
Cœcis deinde cœcus dux additus.
Præcipitem dedit Germaniam.
Tot patriam cladibus obruit, ut haberi proditor:
Tot incendiis funeſtavit, ut fax communis dici poſſet.
Ex qua tamen face

Digitized by Google

Nonnulli ſolam lucem Luthero tribuunt;
Sed filii tenebrarum.
Quod Troja debuit Paridi, raptori Helenæ;
Hoc Luthero Germania, raptori Catharinæ:
Vterque perfidia reus,
Hic in Chriſtum, ille in Menelaum.
Vitiis uterque floruit.
Digni qui illuſtri morte occumberent,
Sed in rogo, quem patriæ inſtruxerant:
Ne quis neget, Patriæ fuiſſe lumina.

V.

Lutherus duris moribus & vafro ingenio multos ſecum perdidit.

VT flumen, ſic ibat Lutherus:
Vbi ſemel oceanum malorum ingreſſus eſt,
nihil dulce retinuit in moribus.
Vt ſolutus præſepi taurus, ut vinculis canis:
Sic in furorem abiit.
Infeſtus bonam hoſtilibus odiis confudit pacem.
Pro telis illi verba, pro ore pharetra,
Pro arcu lingua fuit.
Quoties loqueretur hoſti,
Sævire toties eſt viſus aper dentibus.
Quoties amicis, toties blandiri vulpes caudâ.
Hoc etiam vulpinum habuit,
Quod pilos facilius mutaret, quàm mores.
Chriſti Evangelio fretus,
Serpens eſſe voluit: hinc lubricus fuit.
Pellem tamen nunquam exuit, quantumvis ſenex.
Calumniis ludere ſolitus, tanquam teſſerâ,

etiam

Digitized by Google

etiam oblectandi gratiâ.

Evenire Luthero, quod Medicis, vidimus,
Gaudebat, ubi dolerent quam plurimi.
Sed parum ſapiens medicus, & diligens nimium,
Curando Germaniam perdidit.
Ipſe tamen æger Lutherus gravi perfidiæ vulnere,
Uri, aut ſecari debuit.
Sed duram curationem reſpuit mollis æger,
Vinumque cupidus hauſit, quod illi venenum fuit.

CAPVT QVINTVM

Fons Quartus Allusionum per exempla sparſim tamen inſcriptionibus adhibita expoſitus.

De Sancto Petro Apoſtolo

Inſcriptio

I.

D. Petrus mala ſibi illata tolerantiâ ac beneficiis vicit.

Petrus
Neque vitiis corruptus; neque divitiis,
Nec deliciis enervatus; nec turbatus convitiis.
Omnem ſibi contemptum contemnendum putabat.
Ferre malum, quàm inferre maluit:
falli, quem fallere.
Quamvis hac ſapientiâ multis deſipere videretur.
Gratis juxtà atque ingratis ſe impendebat gratis.
Beneficia nō ad quæſtū, ſed gratiam, conferre ſolitus:

etiam ad compenſanda maleficia.
Magnarum exiſtimabat virium, lædentẽ non lædere,
& ſolâ patientia hoſtibus eſſe formidandum.
Nero certè qui neminem vereretur,
Formidabat Petrum,
Timendum idcirco, quòd nihil timeret.

II.

D. Petrum Nero eſt perſecutus.

Nero in Petro
neque humani quicquam propter virtutem,
Neque feri propter humanitatem deprehendebat.
Diſpar ille,
Cùm nihil humani propter immanitatem retineret,
Neque tolerare Petrum poterat, nec ab illo tolerari:
De medio eum ſuſtulit.
Prodeſſe tamen magis non poterat,
quàm cùm ſic noceret:
A vita enim non ſuſtulit, ſed ad vitam.

III.

D. Petrus Dei beneficio carceribus liberatus.

FRuſtra catenas Petro lictores injicitis,
Ligari non poteſt,
Cui Chriſtus ſolvendi pontificium tradidit.
Seris atque oſtiis coërceri nunquam poterit,
claves habet.
Qui alios vinculis expedit, cur ſe non abſolveret?
Qui aliis januam aperit, cur ſibi clauderet?
Vtcunque

Digitized by Google

Vtcunque vincietur, non vincetur;
Niſi cùm occumbendo vincere ſtatuerit.
Libertatem inter vincula retinet, cui abire licet:
Bis etiam liber eſt, cui, dum licet, abire non libet:
Quòd nec animus ſerviat corpori, nec corp' hoſtibus.
Petrus, inter dolores etiam Petra,
conſtantiæ robur non potuit amittere.
Abiit tamen Petrus de carcere,
Navi enim Chriſtus illum præfecerat, non carceri:
In alieno igitur loco. & officio cùm eſſet,
Tranſiit ad ſuum,
Paſtor erat,
Hinc ab Angelo rus tranſlatus eſt, ovium locum.
Denique bonus paſtor animam poſuit pro ovibus,
Dum gregem contra Lupos defenderet,
Lupis præda factus.
Officii præmium pœnam habuit,
Sed præmio meliorem.

V.

D. Petri prodigiorum virtutem fruſtra Simon Magus auro oblato ſperat.

MIracula non tantùm faciebat Petrus;
Sed & loquebatur.
Quicquid in Petro erat, prodigioſum erat,
Omnia illuſtrabant hominem.
Simon inprimis Simoni invidebat,
Magus, ſacerdoti;
Improbus, probo illudebat, non ſine probro.
Cùm pari miraculorum virtute,
Sine fide eminere non poſſet,

Emere utrumque voluit:
Aurum igitur pro fide obtulit,
ſed pluſquam aureâ:
Hinc æſtimari ſatis non poterat.
Pendere auro, ac vendere Petrus fidem nolebat,
Offerebat gratis,
Daturus alteri, niſi emere voluiſſet.
Certatum tamen utrimque eſt, novis artibus
uter potentior:
Magus in cœlum antè ſe verbis, poſt etiam corpore
elaturus,
alas induit, novus futurus Icarus,
Niſi quòd in ſicco proſtratus, fractis alis & cruribus,
Immaturo volatu etiam inceſſum perderet.

DE LUTHERO APOSTATA

Inſcriptio alluſionum

I.

Lutherus plus commodi, quàm damni Eccleſiæ ſuâ defectione attulit.

Plus damni, an commodi
Religioni Lutherus deficiendo dederit,
Paradoxon maneat.
Religionem in urbe
Romano Catholicam dejectam ſede voluit:
Fecit, quod noluit,
Erexit.
Ipſe primùm excidit, ingens Eccleſiæ laboranti ulcus:

Nam

Illam cùm periret, ſervavit.

Adfuerunt medici qui morbos curarent reliquos:

Nam poſteaquam maxima illi peſtis Lutherus ſubtractus eſſet,

Spes ſanitatis ſuperfuit.

Interierat, niſi ſic interiiſſet.

Soli Luthero ſanitatis reddi non potuit,

Quod morbum non agnoſceret,

Reſipiſcere noluit, ne aliquando videretur deſipuiſſe.

Delinquere non puduit, ſed derelinquere errorem.

Vincere perfidiam potuit, ſi vinci potuiſſet.

Impœnitentia nunquam pœnituit,

Quòd ita incepiſſet furere, ac ſi deſinere non liceret.

Cùm ſua alios perfidia favere comperiſſet,

favit ipſe aliorum.

Exemplo nos inſtruxit,

quantum deſtruere exemplo poſſemus.

II.

Lutherus impudentiâ pro zelo uſus, multos à fide abduxit.

OMnem cum toga religioſa pudorem

Lutherus exuit.

Poſtquam ſub raſura monachorum

nullum boni viri retinuiſſet pilum.

Tonderi deinde noluit, ne cuiquam vel pilo cederet,

aut pilum de ſe concederet.

Sacer ante Lutherus DEO fuerat, auxit titulum,

Et factus eſt ſacrilegus.

Zelum, & facta eſt zelotypus.

Nec mediocri famâ contentus, novum fidei

Portentum peperit, ut famoſus eſſet.
Hoc monſtro nato renatoque ſæpius,
Tantum deinde perfidiæ repertum eſt, ut Germania
nunquam minus crediderit, quàm cùm crederet omnia.
Antiquorum hæreſes, tanquam opes à ſe de terra erutas,
Haſtæ ſubjecit ac venales expoſuit Saxoniæ,
Corruptas merces ſub adulterino fidei pallio.
Fefellit ea res non paucos, qui duobus crederent,
Luthero, & ſibi.
Sed cui hominum fidem præſtaret homo,
Qui nec ſibi fidem ſervaſſet, nec DEO?

III.

Lutherus inconſtantis animi & ingenii homo.

LVcem naſcendo Lutherus ſortitus eſt,
Aſpirante cœlo, aſtriſque omnibus.
Mars illi bilem ad furorem;
Venus renes ad libidinem;
Mercurius linguam ad dicacitatem;
Luna cerebrum ad inconſtantiam;
Sol pectus ad audaciam;
Iupiter oculos ad levitatem,
Saturnus hominem totũ ad contumaciam inflãmavit.
Ita ſideratus homo in orbem natus eſt,
Vt illum everteret:
Patriæ quæ illi vitam dederat, interitum rependeret.
Nemo erraſſe hominem miretur,
Sub errantibus aſtris natum.
Aut incertæ fidei, incertis planetis editum.
Aſtrologi in Luthero errare nequeunt,
In uno reperiunt omnia:

Saturnus,

Digitized by Google

Sanum, & inſanum:
Probum & improbum:
Fanum, & profanum:
Fidum, & perfidum:
Conſecratum & execratum:
Verbo ſacrum.

IV.

Lutheri nativitas, vita & mors ignobilis.

N*E mireris ambigua fide vixiſſe hominem; ambigua*
ejus nativitas, vita, mors, ipſumque nomen fuit.
Lutherum nuncupatum eſſe omnes conſentiunt.
An à puritate, an ſcurrilitate, ſub lite manet.
Hoc Romani, illud Saxones aſſerunt:
nos utrumque: hoc per phraſin, illud per antiphraſin.
De patria hominis conſtat
Saxo fuit, ſed ſaxo omni durior:
Niſi quod mollem haberet cuticulam, & curaret molliter:
Serico eandem obtegi, quàm ſacco cuperet.
Amicum ſeipſo majorem nullum habuit,
Quamvis non inimicos tantùm, ſed & amicos perderet, etiam ſeipſum.
Ipſam religionem nutricem ſuam,
Cucullatus ille, omni ingratior cuculo perdidit.
Nimirum poſtquam abjeciſſet cum habitu cingulum,
A nullo ſcelere poterat cohiberi
diſcinctus nepos.
Animi impotentia, ac ſentiendi inconſtantia
Femina, quàm viro propior.
Vt ſe tamen virum oſtenderet, duxit feminam.

V. Lu-

Digitized by Google

V.

Lutherus hoſpite uſus Dæmone in ſua captivitate, ab illo conſtantiam hauſit in perfidia.

MAgnum iter Lutherus à fide ad perfidiam ingreſſus,
Nunquam ad religionem, à qua abierat, reverſus eſt.
Captivus eſſe maluit in Pathmo ſuâ hoſpes Dæmonis,
Quàm liber in Monaſterio hoſpes Dei.
In hoc carcere non tam de ſua libertate,
quàm captivitate proborum ſollicitus,
Vincula quæ ſibi detraxit, mille injecit aliis.
Quibus ſi non corpus, ſaltem mentem implicabat.
Babylonem in hac captivitate novam condidit,
Quæ non modò linguas Germanorum,
Sed & animos manuſque confunderet:
Fidem perfidia, odiis amicitiam,
Quietem ſeditionibus, pacem bellis everteret.
Ille igitur non modò religionis,
ſed & Germaniæ deformator,
Poſtquam ſemel ab erroribus exorſus eſſet,
Nunquam deinde aberravit à cœpta linea,
ſemper in via devius.
In qua ita verſatus eſt pertinaciter:
Vt à vita priùs diſcedere ſit viſus, quàm à via
Mortuus in duplici nocte eſt,
quâ neque diem, neque Deum vidit,
Poſtquam tamen
Sacro illum devoviſſet anathemate Eccleſia.
Devotus abiiſſe creditur.
Dignus immortalitate viſus eſt,
Quod intermortuas hæreſes
Revocaverit ad vitam, priuſquam moreretur.

VI. Lu-

Digitized by Google

VI.

Lutheri inſtructio ad pacem ubique deſtruendam ſpectabat.

Novus grammaticus Lutherus
Caritatem à carne deduxit, probitatem à probo,
Ab illo tamen viro virile nihil derivari poterat.
In moribus moroſus,
In veritate vanus erat.
Fictus magis, quàm factus ad virtutem;
Factus magis, quàm fictus ad vitia.
Rogare vix quicquam viſus, arrogare ſibi omnia.
Papam neque tolerare potuit, neque tollere.
Abbates patres eſſe dolebat, niſi gignerent,
Monachos non ferebat, niſi extra ſolitudinem.
Orbis Chriſtiani capita maluiſſet videre ſine capite,
Imperatorem ſub imperio,
Principes in ſervitute.
Nulli mediocriter hic homo inimicus, aut amicus erat.
In illo ſumma erant omnia, vel ad amorem, vel ad odiū.
Illo diſcrimine; quòd ſervaret, quos odiſſet;
Perderet, quos amaret.
Perfidiam aliis perſuaſit exemplo, aliis verbo,
Cùm eam fidem vocaret.
Pertinaciam denique cùm addidiſſet malitia,
Perniecioſam ex ea militiam excitavit.
Porrò ut hanc firmaret Smalcaldia diſcordiam,
Concordia ab eo eſt inſtituta,
Qua etiamnum ſcindit Germaniam.

VII.

Digitized by Google

VII.

Lutherus ubi ſibi aliiſque indulſiſſet omnia, etiam nuptias cum Religioſa admiſit.

NOva ille religionis artifex Lutherus,
Vbi cœpiſſet fidem,
in qua nulli fideret, præterquam ſibi.
Tam ſui amans propoſiti, quàm conſilii amens fuit.
Non uxorem tantùm ducere, ſed & vires voluit,
ſeductor omnium.
Ludere aliter ore ac calamis non ſolitus,
quàm calumniis lædere.
Queſtus eſt ſibi indulgentias eripi propter quæſtum,
Indulgentias igitur abjecit,
Omnium vitiorum facturus indulgentiam.
Zelus hic; an ſcelus Lutheri fuerit? Orbis judicet.
Ad nuptias deinde adjecit animum, ſed non profanas;
Cùm religioſus religioſam duceret, ſacer ſacram.
Hæc, quantumvis abdomine gravis Lutherus eſſet,
Et uxor fœtu gravis,
Meritò omnibus viſa eſt levitas.
Vt mirum non ſit, proles fuiſſe de tribu levi.
Celebres tamen omnino fuerunt nuptiæ
In quibus faces Luthero per Germaniam
Præferrent ruſtici,
Inflammatis paſſim nobilium arcibus.
Vt eodem tempore, Lutherus flammis libidinis,
Germania ſeditioſorum incendiis
Turpiſſimè conflagrarent.
Incendium

Qui aliis lacrymas ex oculis, Lutheranis ex vite & dolio effuderit.

VIII.

Lutherus ſubitâ morte noctu bene potus extinguitur.

Quiſquis à vita mortalitatem,
A morte immortalitatem auſpicaris
tantiſper hic morare,
Ex iſto homine mori potius diſce, quàm vivere.
Hoc prodigio mortem ſuam Lutherus illuſtravit,
quòd nemo ægrum viderit, plures mortuum.
Hoc naturæ illud gratiæ debuit;
Quæ ejuſmodi ſanctis obvenit,
Qui ſanitatem ex plenis hauriunt cyathis.
Ex opipara enim menſa delatus in thalamum,
Inde in tumulum ſperare ac ſpirare deſiit.
Poſt quem, neque ſpem morientibus,
Neque fidem viventibus, neque charitatem utriſque
reliquiſſet.
His omnibus
cum totam penè ſpoliaſſet Germaniam,
ſacris utique moriens abundârit ſpoliis.

EPILOGVS.

Ad calcem harum inſcriptionum, unam Georgii Buchanani Manibus, non inſcito luſu concinnatam, ſubjicio. Hic homo Aulæ Britannicæ paraſitus (ut Garaſſ. de doct. Cur. l. 6. ſ. 13. S. Poëta quàm Chri-ſtianus

ſtianus melior, cum moriturus ex aqua jam eſſet in cute, qui liberaliter ex Libero liber ipſe vixerat, monitus à Prædicante eſt, ut oratione Dominica ſi Deum conciliaret. Neſcio hanc, inquit, quam ann quadraginta nunquam dixi, ſimulque in illa Propertii ſolutus verba.

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis,

Cum his ad ſuum migravit Propertium, hac à morte ſepulchri epigraphe, ludente in illuſorem multorum Echo, donatus eſt. Quanquam argutiorem ei in hoc genere cenſeam, quàm æquiorem. Vitam h malè actam reprehendere poſſumus. De vita alter Dei eſto judicium. Etiam latro in cruce moriens ſalutem eſt conſecutus.

Echo ſepulchralis Buchanani.

Hic jacet Veneris *Procus*,
Anagrammate *porcus*,
Tenebrio noctu diuque *ebrio* ſimilis.
Cui *in vita* Virtus *invita*,
Volupia ſola *pia*,
Quæ in *amoribus* & *moribus* fuit.
Huic *cœlum* libidinum *obſcœnum cœnum*,
Et *pollutum lutum*.
Sed quæ *miſero ſerò ſors obvenit*?
Mors venit.
Quæ igitur mors hunc *inſecuta porcum*?
ſecuta orcum.
Inquietis, *quietis*
Nam *locum* illius *focum*, *inſignem ignem*,

Non

Non in *pace*, ſed in *pice*,
Creditis eſſe *Ditis*.
Hæc *ſors mors* ei *debita eſt*,
Ita eſt.

Hæc quamvis minus certa, tamen illud certiſſimum, malam vitam plerumque malam mortem, hanc ſemper æternum malum conſequi. Hæc igitur, ſi improbus ſis, tibi ad terrorem; ſi probus ad conſtantiam ſcripta excipe, atque expende: ut non tantum Doctior ab his redeas, ſed etiam melior. Perverſorum hominum vita ad aliorum cautelam, bonorum ad imitationem, dignis jure lineamentis effingitur. Ut ſi quem etiam politicorum hujus ſeculi hominum, minus tangant æterna, præſens ſaltem à ſcelerata vita deterreat infamia, & honor virtuti haberi ſolitus, ad honeſtatem invitet. Ergo quæ vides in nefarios torqueri tela, tu emendationis vitæ ſcuto averte: quæ vides decerni laudum probis encomia, tu virtutis explicatæ ſinu excipe. Ita hic illam felicitatem auſpicaberis, quam à morte gaudebis eſſe ſempiternam.

CAPUT VI.

De quibuſdam aliorum inſcriptionibus.

DVm meas hic dederim inſcriptiones, æquum fuerit aliorum quoque hac in arte lucubrationes ſuo exemplo proponi, ne mihi ſolum hoc magiſterum vendicaſſe arrogantius videar. Sed paucorum hoc in genere vertus labor eſt, quod difficilior hic ſit, quàm ut ſine illis,

qua

quæ obſervavimus principiis, eam ſuppeditet ſcribendi copiam elegantiamque, quæ hic in primis neceſſaria eſt. Nonnullos vidi, in quibus Itali duo Ioannes Baptiſta Maſculus Neapolitanus Societatis Ieſu, & Emmanuel Theſaurus Taurinenſis, in eadem diu educatus, excellere viſi ſunt; quos tamen cum delectu, judicioque legendos cenſeo. Delibavi ex his nonnulla, quæ magis ad guſtum facerent: ad cetera lectori avido viam non obſtruxi. Pauca hæc ad exemplorum varietatem ſatis fore judicavi. Verùm diſtinguere per ſuos illa fontes non licuit, quòd hujus nemo diſcriminis obſervatione, atque aculeatæ dictionis ſeparatione, ſuæ dederit, ingenio magis omnes obſecuti, quàm arti: ego ab utriſque ſubſidium mutuatus ſim. Quod quale ſit, ille potiſſimum ſentiet, qui ad paria ſtudia animum calamumque traduxerit, atque intra ejuſdem materiæ fines hiſce ſcribendi argutiis luſerit. Interea alieno labore, tanquam lacte nutritus, ad majora eloquentiæ exercitamenta adoleſcat. Habent hæc ſtudia, ut venuſtatem, ſic & voluptatem ſuam, quibus omne ſcribendi dicendique genus perfundunt, & velut ſale quodam condiunt: quo neglecto, non parum gratiæ ſaporiſque eloquentiæ ſubtrahitur. Ut qui deſidiosè in hac parte verſantur, plerumque inſipido ac parum eleganti ſtylo faſtidium generent, nec niſi moroſos Catones lectores ferant.

E

Ex P. Io. Baptiſta Maſculi 5. 1. Encomiis deprompta.

Adam,

Conditus es parvus mundus in magno,
Sed cui ſerviret hic magnus.
Nullas majorum imagines profers,
Sed unam Numinis refers.
Non formatus ex vitro, ſed pulvere, factus es vitreus.
Sator fuiſti generis humani non ſatus, vir antequam puer,
Niſi edictum violaſſes, ſine ſenio futurus antiquus.
Animantiũ conſtitutus Dominus, accepta vix anima,
Penè imperium cum conditore partitus: ille procreator tu nomenclator.
Princeps futurus ultimo exortus es loco, ut non niſi ornatam intrares in regiam.
Pulchrè te autor effinxit è pulvere;
at turpiter culpa diffinxit in cinerem.
Devinctæ nobis manus ſunt catenis, antequã faſciis.
Jam tum & nos cœpimus eſſe ſub pellibus, quando te induiſti.
Ex argilla concretus & luto, penè dum effingeris effringeris.
Diem tibi natalem feciſti emortualem.
Vltimus animantium evocatus ad vitam, primus ad mortem.
Ferale ſuſtuliſti vexillũ, ex duce vitæ ſignifer mortis.
Cum eſſe gentis humanæ radix, tunc voluiſti videri viridis fronde, cum exarueras trunco.
Sub opaca cõdidiſti te arbore, aptam videlicet nactus ſcenam, ubi ageres hiſtrionicam,
Non ut imitator miſeriæ, ſed ut exemplar.

Nimis

Digitized by Google

Nimis brevis, uno actu clauſiſti tragœdiam;
Data quotidie fabula, placuit nunquam,
pro caveæ plauſu, reſonat planctus.
Allectus es pomo, more puerili:
Tunc dictus es aperire oculos,
Cùm cœcam induxiſti mortem.
Quidam poſt te Reges in apice ſceptri
affigere ſunt ſoliti pomum,
Tu contra amiſiſti ſceptra per pomum.
Eadem dies vidit te, & in ſolio Regem,
Et ante tribunal reum.
Cum tibi dictus eſt dies, nox occupavit omnia.
Sed cùr acrius tuam inſequor culpam,
quæ dicta eſt felix,
Quia pro illa ſuſpenſus eſt Deus in arbore
quæ habebatur infelix?
Ceſſit facinus in prodigium pietatis,
Profuit te fuiſſe miſerum.

EVA.

Quid in tuo natali non mirum?
Pro obſtetrice Dei habuiſti manū, pro utero viri latus,
Non ex argilla ficta, ſed facta?
Inter incorruptæ vitæ delicias,
luſiſti Virgo ſimul, & nupta.
Sed parce tu quoque communi dolori Mater,
patiaris te dici Novercam.
Prodiiſti ex oſſe, ſed evaſiſti cerea.
Poſt mulierem mundo fatalem,
muliebris inventus eſt mundus,
gemmatus torques curuatur in anguem,
Ut ſit ſceleris imagini pretium.
Scilicet putaſti dari poſſe conſilium rectum,

ab

Digitized by Google

ab anguibus [illegible]
Fecisti tu quoque [illegible]
Propterea [illegible]
Inter [illegible]
Maiores [illegible]
Tantum [illegible]
Et [illegible]
[illegible]
Non [illegible]
Nō [illegible]
Ab angue [illegible]
At hoc pe [illegible]
quod [illegible]
[illegible]

Alius Pastor à Camo Pastore [illegible]

Tu quidem factus [illegible] Pastor.
tanquam [illegible]
Dum gregem [illegible]
in [illegible]
Quid [illegible]
[illegible]
Laetans vero [illegible]
Mortem [illegible]
Fratres [illegible]
Vt se [illegible]
Sanis [illegible]

[illegible]

Accede ad [illegible]
qui primus musica modis [illegible]
Non [illegible]
Vt qui languebant [illegible]

 Magna

Magna dignitas! ante inventa ſunt plectra, quàm ſce-
tra.
Vt laxaret animos, contendit chordas.
Cœperunt ferri moderatè damna poſt modos.
Vt curarũ tolleret pondus, impoſuit citharæ, jugũ.
Cujus hic non voce laudandus,
qui vel pecorum fibras fecit vocales;
Invenit in viſceribus ovium,
quò poſſet domare vel belluas.

Tubal primus faber

Aurea hic dignus eſt ſtatua,
qui primus oſtendit poſſe domari æs atque ferrum.
Juſſit utrumque ſervire mortalibus,
Contumax metallum contudit malleo.
Sed fuit hoc monſtro ſimillimum;
quòd, ubi obduruit animus, liquefecit æra.
Vt arma fabricarent gemenda matribus.
Rubuit ferrum igne, antequam rubeſceret cæde.
Stridorem emiſit in lacu,
antequam clamorem excitaret in campo.

Enoch cum Deo ambulans denique tranſlatus eſt.

Quàm præclara hic veſtigia pietatis impreſſit,
qui dictus eſt ambulaſſe, cum Deo!
Tametſi ſignata tot ſeculis virtus,
Labi potuit, niſi de via deceſſiſſet in lubrico,
Avolavit, ne cœno inficeret pedem.
Recepit tunc hominem poſtliminiò paterna regio
Paradiſus,
vel ideo ibi tutus, quod abeſſet jam mulier.
Deluſit mortem, ex captivo transfuga.

Em-

Digitized by Google

Erubuiſſet mors, niſi eſſet exanguis.

Noe ſervatus in arca.

Non es communi extinctus eluvie,
quia communi non arſeras flamma.
immunis ab unda, quia immunis à labe.
Appoſitus es cuſtos pereunti naturæ,
arca tibi ceſſit in arcem.
Nunquam volucres fuerunt tam liberæ,
quàm cum tuo incluſæ ſunt ſepto.
tametſi in communi luctu tunc deſierunt timere.
Tu inter feras tunc ſanxiſti fœdus;
Cum elementa rumpebant fidem.
Deſierunt apud te eſſe inhumanæ.
Cum ſe ſervatas viderent ab homine.
Factus es certus de placato Numine,
Viſo videlicet arcu.
Caruit hic ſagitta, quia exhauſerat iam pharetrā Deus.
Intenditur hic in cælum, ne reformidet tellus.
Mira res, cum ſit ille nubium partus, tutatur tamen
à fulmine irati Numinis.
Vbi hic arcus cœleſtis incumbit, mirus odor
afflatur è terra:
Scilicet tunc datus in fœderis ſignum,
Cum eluta jam tellus eſſe deſiit fœda.

Sem & Iaphet, Noe filii, patris nuda cooperiunt.

Tunc maximè Patrem eſtis venerati,
Cum terga vertiſtis.
Icciaco ille in vos amantior,
quia ab ipſo fuiſtis averſi:
Induiſtis animum verè natorum,

Cum patrem operturi vos exuiſtis.
Nefas putaſtis adverſus eum abuti luminibus,
à quo acceperatis uſuram lucis.

Abraham filium Deo immolans

Novum audiiſti religionis edictum :
Impium Patri ſit non ferire,
Vitale filio ſit perire,
Rem aggreſſus es noctu, ut teſtareris ſidera,
ad eum necandum te paratum,
qui æquaturus eſſet poſteros numero ſiderum,
Exilis in montem ſublimior monte.
Jubes ipſam ſibi immolando ſervire,
non ex armento, victimam, ſed è viſceribus tuis,
Filius curam ſuæ necis cum patre partitur,
De religione certatis ſacerdos & hoſtia,
Scilicet aræ devoves,
quem apud aram tot expetieras votis.
Eas extendis ad cædem manus,
quas pro illo extendere ſolebas ad cœlum.
Colligas natum, & naturæ vincula frangis,
factus ex parente lictor.
Oculi exardeſcunt ad cædem, ideo carent humore,
Nefas tibi videtur eum lugere,
cui indideras nomen à riſu.
Non timuiſti ne fieres reus necis,
Sed ne reus voti.

Loth Sodomis evertendis ſubductus, uxore in ſtatuam verſâ.

Evaſiſti clarus, quod evaſeris flammas,
Quanti fuit pietas tua apud cœlites,

Digitized by Google

Cui niſi parcerent piè, punire nequirent impios.
Subitâ cives cæcitate percuſſi,
Nimirum facti Cupidini ſimiles ſuo,
in ſe verſas ſenſerunt illius faces.
At conjux quæ patriæ cladem durior vidit,
quia ſalſis caruit lacrymis in ſal abiit,
oculos ſuos auſa curioſè convertere,
Oculos aliorum prodigio ad ſe convertit.
Tibi quoque ſtatua ponenda, ſed ænea,
quia ſolidos, & conſtans ad juſta [illegible].

Melchiſedech Rex & Pontifex.

Vnde tuum repetam genus, magne Rex & Sacerdos?
Tantò clarius genus, quantò nobis obſcurius,
Ignotior eſſes, ſi noti parentes,
Si tuos tempus celebraſſet majores.
Celebrareris minus.
Nullas prætuliſti generis imagines,
hoc illuſtrior, quod caruiſti fumo.
Sed imago fuiſti præclarior Numinis magni.
Cum arcana obtuliſti liba pro victima.
Non vno brevi dici potes elogio,
qui duo complexus es maxima,
regnum & ſacerdotium.
Nobilius acerram tractaſti, quàm ſceptrum,
quia hoc moderatus es populos;
illâ Deum, ne ſæviret in populos.
Plus tibi honoris attulit ara, quàm ſolium,
licet apud illam pronus coleres Numen,
apud hoc tui te colerent proni.
E ſolio jura dicebas, ex ara fumebas.
Quanto tui fama fragrat odore,

Digitized by Google

nunquam hi tam perſpicaces fuere,
quàm cum ſomno clauſi.
Objectæ tibi ſunt ſublimiter ſcalæ,
quibus aut tu gradum faceres ad Deum,
aut ad te ſe demitteret Deus.
Sanxiſti fœdus, ſed ſine ſanguine;
Vt conſanguineum haberes hominem Deum.
Meritò a te leni illitus oleo lapis,
Siquidem durus antea ſceleri Deus,
cœpit pietate molliri.

Rachel uxor Iacobi.

Eximia tua ſpecies fecit,
Vt amor, qui ceteris imperat, ſerviret.
Ovis tibi nomen eſt; ſed ut haberet unam,
Sponſus ſocero pavit multas.
Volucres viſi ſunt dies, & brevis orbita ſolis,
Vt potiretur te luna.
Cum te matrem lunam, & genitorem ſolem
Filius vidit inſomnis.
Hoc mirum, quod Lunæ, hoc eſt Lucinæ, ſimilis viſa,
tamen obiiſti parturiens.
Nec tamen tibi quicquam ſiniſtri obtigit morte, *
quia peperiſti filium dexteræ.
* *id eſt Benjamin*

Ioſephus Iacobi filius.

Nihil te orbis vidit illuſtrius.
Imò tunc primùm eſt cognitum eſſe aliquid lucidū
ſupra ſolem, cum ille ad tuos accidit pedes,
qui eſt aſtrorum caput.
Imperium & diei ſortitus es, & noctis:

alterum

Digitized by Google

alterum [illegible], [illegible]
[illegible]
Omnis qui [illegible] [illegible].
[illegible]
[illegible]
[illegible] ad [illegible].
[illegible] esse in [illegible] gratiae,
[illegible]
[illegible] ad [illegible].
ut colligens [illegible].
[illegible] in [illegible] & [illegible]
[illegible].
Ex ficu esse [illegible]
Mercatoribus qui [illegible]
accepi [illegible]
ex [illegible].
Sed [illegible] quod alii,
an quod [illegible] mendax?
Scilicet [illegible],
qui [illegible], candore [illegible]
[illegible],
Cui se [illegible]?
frustra pellibus [illegible].
Nam ut in [illegible] est [illegible],
ita mendax fuit in pelle lupa.
In [illegible] non fuit [illegible],
sed [illegible] gratiae.
Illum esse verum [illegible] decorem,
qui longe abesset a vitae [illegible] decore.
At vestra pellex, quae [illegible],
indagine capta est sua.
Libenter ex [illegible] capi,

[illegible]

Digitized by Google

ne fieres ipſe captivus.
Magis fœmineam exhorruiſti manum,
Armillis & annulis ornatam aureis,
quàm alii hoſtilem catenas injicientem ferreas.
Non vidit hoc amens, quòd cum te nudum fecit,
athletam ſtrenuum fecit.
Tunc maximè ſe oſtendit victam,
cum tuas cepit exuvias.
Stultè putavit poſſe parvo pallio
Obtegere magnum nefas.
Triumphaſti ornatius cum nudatus es ſpolio.
Velut ex unguibus evaſiſti,
Fortior accipitre columba.
Prætuliſti carcerem thalamo, compedes jugo.
damnatus es tenebris, quia reſpuiſti faces:
Vinctus es, quia non victus;
Sed tandem ſolutus à vinculis, quia ſoluiſti omnium
qui tam fueras vigil in pudore ſervando.
Magnum fuit, quòd Ægyptum temperaſti clavo,
majus quod temperaſti iræ.
Iratum finxiſti te fratribus, ſed ut acueres amorem.
Simulaſti furtum, ſed ut ipſorum raperes corda.
reddidiſti pretium unà cum fructibus,
iis qui te fecere venalem.
Cum in ſaccum minimi natu fratris impoſuiſti
craterem,
oſtendiſti te ebrium amore fraterno.
Ut fictum à fratribus chlamydis cruorem elueres,
non fictas reddidiſti lachrimas,
agnoviſti ſimul & ignoviſti.

Iobus Rex.

Oſtentet audenter bellator hic vulnera,
Cœli terræque plaudente theatro.
Vulnera dico, non aliena, ſed ſua:
Vnde manavit tanta vis gloriæ.
Totus inſculptus, totus inſcriptus
triumphalibus ſuperbit notis.
Sed quid dignum tanto dicetur heroe,
qui præconem nactus eſt Deum, etiam apud hoſtẽ?
Dum filii mero, madebat ipſe largius lacrymis:
dum illi ad menſam redolerent unguentis,
adolebat hic ad aram cum victimis thura.
Pius natorum parens, ſimul pro illis ſacerdos.
Probavit hunc hoſtis, ſed probro ſuo,
Eo admirabilior victoria, quod à ſaucio.
fortius pugnavit lacertis laceris,
Vt litaret hecatombe majore.
Ignis è cælo lapſus omnes ſimul abſumpſit oves,
in unum cedente ſacrificium innumerabili grege.
Ventorũ agmen, quod marmoreas evertit ædes,
ne commitit quidem animum.
Audito nuntio dirutæ aulæ exiliit, ſed victor.
ſcidit quidem ſibi purpuram;
ſed ut generoſum pateret pectus.
Nudavit ſe, ut gymnico more pugnaret.
Pro arena felicius ſparſit cinerem.
Cum naufragium feciſſet bonorum,
quaſi evaſiſſet incolumis,
Veteri more totondit caput.
Quot infixit hoſtis corpori tela, tot aperuit ora

per

per vulnera, ut caneret hic Deo pæana victoriæ:
Conjux ipſum eſt conata pervertere,
Vt quondam prima mortalium mater virum:
Tametſi illa egit blanditiis, hæc convitiis,
illa pomis ceſtavit, hæc probris.
Sed illa infregit virum, quæ mollior,
non quæ durior.
Religioſior hic inventus in hara, quàm alii apud arã,
Cœli rationes deſcripſit in pulvere,
De arcturo hyadibus & orione locutus.
Nunquam viſus cœlo dignior, quàm in cœno.
Vertit ſtabulum in lyceum.
De auri gleba egit in luto, de ſapphiris in fimo,
nunquã ornatior, quàm cum ſquallore horrid⁹
per ſpiramenta tot ulcerũ majores hauſit ſpirit⁹
Hiſtoriam de ſe ipſe ſcripſit.
Digna res calamo calamitati non cedere.
Icit fœdus, nè caderet ictus luminum jactu:
Vt tutius poſſet pudorem tueri, noluit vel pudicas
intueri.
Cum audiit loquentem de turbine Deum,
nullum tunc timuit fulmen,
quia de Erebi victoria laureatus.
Nunquam cucurrit celerior virtutis in ſtudio,
quàm cum compeditum habuit nervo pedem.
Tres illi à calamitate, natæ ſunt filiæ,
Gratiarum numero, ut Deo gratus eſſet.
At indidit eis nomina pulchriora, quàm Græci,
Vnam appellavit Diem.
Scilicet vaticinatus erat, verè cum dixerat,
poſt tenebras ſperare ſe lucem.
Sol igitur ipſe dicendus, ſi Pater Diei.

Deſiit

Digitized by Google

Deis [illegible] Delphos.
[illegible]
M[illegible], qui [illegible]
[illegible]
T[illegible]
[illegible],
[illegible],
Quamquam [illegible]
[illegible]

[illegible]
P[illegible],
[illegible]
Q[illegible]
[illegible]
S[illegible]
Q[illegible]
qu[illegible]
Quidam [illegible],
Sed [illegible]
[illegible]
Cum [illegible]
[illegible] gemmis.
Digni [illegible] Delphos [illegible],
[illegible].
G[illegible] & [illegible],
C[illegible],
Candidior [illegible], non [illegible]
P[illegible],
non [illegible] occultis [illegible],
[illegible]
Hæc [illegible]

Digitized by Google

Cum aridus induit ſe ſtipes in florem.
ut tu Pontificia efflorescceres gloria.
Exaruerunt in capitolio Cæſarum lauri,
Etiam poſitæ in ſinu Jovis,
Nimirum qui igne calebat inceſto.
At apud te caſtum, vel aridus evirult ramus.

Moſes Dux Hebræorum.

Adoptatus eſt à Regis filiâ in filium,
Sed profanas reſpuiſti papillas.
ne unâ cum lacte ſugeres impietatem.
Adultus aulæ propoſuiſti caulam,
pupuræ meloten, ſceptro pedum.
Prodigioſus in aqua fuiſti, nec minus in igne,
quippe rubum, legem, columnam nactus es ignea.
& frutex ille viridior evaſit igne.
Verſatus cum Deo es nubem inter & fumum:
At de nube ſerenam retuliſti frontem,
ex fumo dediſti lucem.
Lunæ cornua prætuliſti fronte,
Scilicet cum ſecula verſabantur in nocte.
Tunc maximè viſus es divini juris cuſtos integer,
Cum in lapide ſcripta jura, ſed violata fregiſti.
Plura quam Alcides domuiſti monſtra,
pro clava fuit, imò pro ſceptro, bacillus.
Novas adhibuiſti ad bellum auxiliares copias,
abjectas ranas, locuſtas, cyniphes parvos,
ſed ut admirabilius vinceres grandia.
Animaſti lignum in anguem,
ut exanimares adverſarios metu.
Cum unus anguis voraſſet innumeros,
non modo non intumuit magis veneno,

ſed

[illegible]

Ipſa tibi urbs omen victoriæ fecit,
Dicta urbs palmarum, quibus circum virebat conſicla.
Nec palmas dedit tantum, ſed & roſas,
quibus ſuum coronaret victorem.
Natura ſtetit attonita cum ſolem ſtare vidit,
Et Lunam, ad hominis nutum.
Quantus imperator, quem adiuvit cæli militia,
novo more pugnandi!
Melius videlicet ſtatione, quàm curſu!
Tunc primum luna non fuit inconſtans,
quia eodem conſtitit vultu,
omen tibi victori datura conſtantiæ.
Cum hoſtilis exercitus infringeres cornua,
illa non immutavit ſua.
Te in terris caſtra metante,
deſtitit illa metiri coelum.
Sol non occubuit antequam hoſtis:
Non ante ſe oceano merſit,
quàm campos vidit natantes ſanguine,
Equos continuit ſuos, ut excurrerent tui.
Quò longior illuxit dies,
eò plures hoſtes caruerunt luce.
Cedat Syracuſanus doctor unà cum ſphæra,
Ille cœlum apparauit vitreum, tu imperaſti æneo:
fingere ille potuit aſtra, tu figere.

Othoniel Dux & Iudex expugnavit civitatem literarum Cariatſepher. Jud. 1.

Tuo tibi jure vendicas, & calamum, & literas,
qui tua manu cepiſti civitatem literarum.
Tametſi tunc ſibi literæ viſæ ſunt liberæ;
cum à te ſunt factæ captivæ.

Vici-

Viciſti acie gladii acumen ſtyli,
Vt materiam ſufficeres ſtylo laudandi tui.
Nullus eo triumpho pulchrior fuit,
in quo laureatus Imperator laureatas tuliſti literas.
Certarunt tubæ cum lyris, ſceptra cum plectris.
Tot tuas in laudes ſolviſti linguas,
quot alligaſti literatorum manus.

Phinees Pontifex, Iudæum ad hoſtium ſcortum tranſeuntem ultus, eligitur. Num 25. Eccl. 43.

Vt hierarchæ parentis ſuccederes gloriæ,
ſacraſti manus cruore antequam oleo,
Vindex pudoris acerrimus,
devotam Cupidini victimam devoviſti ferro.
Non minus piè tractaſti gladium,
quàm poſtea ſeceſpitam.
Laxiorem nactus es aram, bellicum campū.
Irâ exarſiſti, ut extingueres libidinis flammam:
& iram ſopires Numinis,
Pudori litatum eſt, hac victimâ non pudicâ.
Mendacem feciſti Græciam,
Cum Mars pugnavit in Venerem.

Aodd Iudex & Dux ambidexter Eglon Ducem Moab ancipiti gladio ſuſtulit. Iud. 3.

Prodiga tibi fuit natura donorum,
quia utramque armavit manum pari robore.
Nihil tibi poterat ſiniſtrum accidere,
cui ſiniſtra non fuit.
Ancipitem tibi fabricatus es gladium,
Vt Victoria eſſet certa, non anceps.
In Eglonem Regem adipe craſſum,

Subti-

Digitized by Google

ſubtilitate te mentis ornaſti.
Apud ipſa ſimulachra Deorum ſimulaſti fœdus,
Vt fœdiſſimum ſentres veritatis hoſtem.

Sangar bellator vomere pro gladio uſus 600 percuſſit hoſtium Jud. 3.

Bellatórne an arator fuiſti felicior?
Coilegiſti uberem laudis ſegetem.
Non gladio pugnaſti, ſed vomere.
Ruſtica ſumpſiſti arma
ut urbanam excoleres gloriam.
Per aratrum factus eſt dignus,
quem commendaret poſteris fama,
ſtylo literis exaratis.
Feciſti, ne poſtea inſolenter Roma jactaret,
proſciſſam à ſenatore tellurem,
Vomere laureato.
Obtuſus viſus eſt gladius Martis,
Cum vomerem exacuiſti tuum.

Iabel Matrona Siſaram opprimens.

Domus tibi, & campus, & capitolium fuit,
cùm imbellis femina paris Victoriam.
Malleum accepiſti pro gladio,
non modo ut ferires hoſtem,
ſed ut ſculperes tibi ſigna victrici.
Melius tu monſtra domuiſti ferreo clavo,
quàm Alcides lignea clava.
Confixiſti tempora,
quæ videlicet ille deſtinaverat lauro.
Vxor parâbat victori pyramidem, tu victo piram.

Lac

Digitized by Google

Lac propinaſti, ut eliceres ſanguinem.

Iephtes iudex & dux filiam pro victima offert.
Iud. 11.

Perſtringis heros aciem oculorum acie ferri,
ſive gladium intentas capiti hoſtis,
ſive ſeceſpitam cervicibus filiæ,
æquè acerbus bellator, & Iudex.
Procurriſti celer in campum, ſed præceps ad vota,
Vt nullā faceres moram pietati penè viſus es impius.
aſperius filiam mactaſti: quàm hoſtem,
quia hanc à cæde victimæ more cremaſti.
Stupuit hoſtis ipſe atrocitate ſpectaculi.
Non tam doluit ſe vinci,
quàm pro ſe victo talem mactari victimam.
Exardeſcere magis viſus es in aræ cinere,
quàm in campi pulvere,
Cum viciſſet hoſtes, vincere voluiſti naturam.

Samſon Iudex & Dux. Iud. 23.

Macte heros, vel virtute, vel gloria,
quicum collatus Alcides imbecillis eſt, & imbellis.
Dignior es qui te leonis ſpolio iactes,
quia non numeraſti hunc inter labores,
nam interfeciſſe eum dicens quaſi hœdum,
Viſus es in edomandis monſtris,
non roborea clava, ſed robore.
Non texiſti galea caput, ſed capitis coma.
Non alii arcana commiſiſti, quàm feminæ,
Sed levior illa, quàm tuus capillus fuit.
felicius verſatus es inter belluas.
Leo inſatiabilis alui tibi ceſſit in alvear.

Bellua

Bellua fortis penè liqueſcere viſa eſt in ceram.
pro ſpuma furentis nectar effluxit,
Inter aculeos apum.
Voluiſti ænignate, aculeatus videri.
Sed leones vincere potuiſti, non lupas.
Nec ante cœpiſti ab hoſtibus vinci,
quàm victus à femina es.
Penè in tenebras mundus ruit,
cum tibi effoſſa ſunt lumina,
Tandem qui maxilla una depaſci viſus es hoſtem,
quique non aliud agmen inſtituiſti, quàm vulpium,
Vt ulciſcereris hoſtium fraudes,
Sol denique occidiſti, ſed ſponte:
ut hoſti ſempiternam offunderes noctem.
Divinitus abſtinere juſſus es mero,
Vt ſobrius perderes ebrios.
Cœna iis tragicam ceſſit in ſcenam,
crater in urnam.
Epulum datum eſt ſolenne, ſed funebre.
Rubuit Bacchus, etiam cruore.
In hoſtili acervo cadaverum,
celſum tibi extruxiſti mauſoleum.
Amplexus es moriens columnas duas,
ut poneres fortitudini metas.
Hoc major viſus es Alcide:
quod alii ejus tranſiliere columnas, at nemo tuas
quia nullus te æquavit heroum.
Plures exanimaſti efflatis animam,
quàm vegetus vitâ.
Vnius mors multos coegit mori.
Et factis, & nomine præ te tuliſti ſolem;
Sed futurorum ſimul prætuliſti umbram.

Non
Digitized by Google

Non adeò explendeſceres famâ,
niſi veri Numinis & luminis
ſuiſſes umbra.

Samuel Propheta
Sacris litans, hoſtes profligat. 1. Reg.

Nulla vacat pietate pars tui,
qui divinitus promiſſus es naſciturus è ſterili.
Divinus admiſſus arcanis adhuc puer & Tyro,
Nihil in tuos efficere potuit hoſtis,
te faciente ad aram pro tuis.
Magis ille timuit ſeceſpitam flaminis,
quàm gladium militis.
Vertiſti nubes in pharetras, triſulcos ignes in jacula,
Simul & hoſtia conflagrabat, & hoſtis:
dum illa colligabatur ad aram,
captivus hic incidebat in vincula.
Quam dignus Imperatoris es nomine,
cui militavit æther!
Erexiſti nobilem victoriæ titulum adjutorii lapidē,
ſcilicet lapideos dejeceras Deos.

David Rex & Propheta.

E caula evocatus ad regnum,
conjunxiſti plectra cum ſceptris,
Etiam dum paſtoritiam tractabas arundinem,
digna Rhetorum geſſiſti calamo.
Præluſiſti majoribus bellis, pugnando cum belluis,
Tametſi ſemel es victus,
Cum commiſiſti militem campo, ut tu fruereris otito
Quam altè tua te extulit virtus,
quæ ſuperior fuit Gigante!

Exper

Expertus quippe eſt volubilem rerum rotam,
Cum tu fundam rotaſti.
Cum in triumpho giganteum caput tuliſti,
Omnem ſuperaſti Capitolii pompam.
Sed imperator invidit militi laureato.
Ferro te non ſemel appetiit,
à quo parta erat victoria, ſine militum ferro.
At tu efferatum Regem ob Mulierum cantum,
mollire tuo conatus es cantu:
hoſtilem vim mollibus eneruaſti nervis.
Lanceâ ille pugnavit bellicâ, tu arcu muſico,
ſed illius irritus ictus fuit, efficax tuus.
Mirum dictu. Sanari non potuit vulnus, niſi arcu,
ſed qui ſonum eliceret, non ſanguinem.
In te Rex invidus libravit haſtam,
per quem fuerat liberatus ab hoſte.
æger vulnus intendit medico
Cariturus, ſi hic periret, medela.
Dum ſpoliandum te tradit hoſti,
ipſe tibi Rex cedit in ſpolium.
tametſi partem tantùm abſtuliſti veſtis,
Vt exueres eum feritate, non vitâ.
Purpuream ſcidiſti chlamydem ferro,
muricis contentus cruore, non hoſtis:
Ideo dignus viſus qui regiam indueres purpuram.

Ionathas Saulis filius, cum David amico veſtes mutat, ut ſervet 1. Reg. 14.

Cum invicem vos exuiſtis ambo,
nudi certare voluiſtis amando Athletarum more.
Et vincere glorioſum fuit, & vinci.

Novam

Novam amor aperuit ſcenam,
Cum Paſtor regia circumdatur purpura,
Regis filius melote:
ille ſceptra manu tractat, hic pedum.
Vt amor probaret ſe verum, finxit,
cùm alterum finxit in altero:
non feſellit, quia ambos conflavit in unum.
Quanto fuiſti robore,
qui duplex uno tempore confeciſti certamen,
alterum cum amante amico,
alterum cum parente hoſte,
inter amoris & odii tela ſtrenuè verſatus!
Bis ſubiiſti aleam vitæ,
ſemel cum mel deguſtaſti, iterũ cum mellitũ amicũ;
ſed ſuperior fuit acerbitate paterna
ſuavitas amicitiæ.
Sed Sagittas amicus in primis laudavit tuam,
Saucius videlicet in te amore.

Abimelech ſacerdos à Saule occiſus, quod Davidi cibum & arma miniſtraſſet. 1. Reg. 21.

Plurimas Pontifex cecidiſti victimas,
tu quoque tandem mactatus in victimæ morem,
pulchrior tuo cruore, quàm pecudum.
Vitâ privatus ob datum præſidum vitæ.
Exarmato ſuffeciſti arma, Goliathi gladium.
Refixiſti unum ex æde ſacra belli tropæum,
ut victor heros affigeret plura.
At tu impium pertuliſti ferrum, quia obtuleras pium.
Cum non auderent ſacrum tuum caput,
Violare lictores, unus inventus eſt Tyranni Paſtor.
Nihil Palæſtina indignius vidit,

quàm

quàm ingulatam à Paſtore ovem.

Obededom Cuſtos arcæ. 2. Reg. 2.

Hoc tua domus ſacratior fuit & ſanctior,
quòd nullos habuit Deos.
Et quod careret laribus, qui perderent herum.
Cum arca,& nectar contineret,& virgam,
Tu nectar expertus,ceteri virgam.
Iure tu adhibitus ad cuſtodiam legum,
qui divina ſervabas jura.
Domus ceſſit in delubrum foci in aram.

Abigail David cibum præbet, quem Nabal *vir ejus negaverat.* 2. Reg. 25.

Mutavit natura munerum vices,
in femina poſuit, quod maximè virum decet,
conſilium & prudentiam.
Non eſt ille veritus,vel Regem,vel vatem,
ſed cum hujus providere noluit vitæ,
ſuum non prævidit exitium.
Cum ſuperbo faſtu regios ſprevit faſces,
in ſe acuit ſecures.
Nempe negavit fruges, qui homo frugi non erat.
ſed divinitus percuſſus, Abigail illuſtrioribus,
dignam tædis,& nuptiis fecit,
deinceps non famulo junctam; ſed Regi.
Adhæſit vitis quercui ad coronas aptæ,non ſtipiti.

Abiſag Virgo David ſeni juncta, incorrupta manſit. 3. Reg. 1.

Omnes undique carpat eloquentia flores,
Vt tibi debitam componat corollam.

Regi

Digitized by Google

Regi conjuncta qui frigeſcebat ſenio,
quaſi in media effloruiſti bruma,
Corporis illibato pudore.
puncta es venuſtate, non Venere.
Hoc exſplenduerunt illuſtrius tædæ,
quod non arſerunt.
plus ad laudem luce valuêre, quàm flammâ.
Immotus pudor, quia creditus trementi, non timuit.

CAPVT VII.

Ex Emmanuele Theſauro

Patricio Taurinenſi Equite S. Crucis excerpta quorundam elogiorum ſententiæ.

Adam Terræ filius.

Hic ille jaceo per quem omnes jacent,
Nec orbus, nec poſthumus fui,
ſed Patris expers.
Matrem habui, quæ me habet.
Cum omnia ſcirem, ut plura ſcirem, deſipere cœpi.
Virorum ſapientiſſimus dementor à femina,
quàm maleſuada!
Beata ſilva dum fructus carpo ſilvam amitto,
ex Rege agricola.
Quia Numen non colui, terram colui.
Vxor me immortalem peremit, uxorem ego,
uterque omnes,

O Tu-

Digitized by Google

Tum verè conjuges, cum uno jugo vincti.

Cain Adami filius.

Huc mala verba viator,

Perditorum Princeps tales poſſit inferias.

Hic avarus agricola, felicis frater Paſtoris,

peiores fruges aris imponens, omnes amiſit.

Et ingratus Deo ſator, ingrata ſibi ſata deprehendit.

Quod Abelis hoſtius felicius ſuccedit invidens.

Ne itaq; fraterna victima litarent, victimã fecit fratrẽ.

Primus hic flagitiorum inſtitor,

Mortem invenit, & invexit.

Horruit Mors expiandis ſceleribus nata,

primus ſibi aditus per innocentis jugulum frangi:

mirata primo ſe ictu magnam orbis partem orbaſſe.

At non impunè tulit proditor.

Forum nactus ſiluam, teſtem mortuum,

Apparitorem umbram, carnificem culpam, judicẽ Deum.

Inani pavore territus, ac ſeipſum terrens,

Quia timenda non timuit, timet non timenda.

Vrbem primus condidit; nec immeritò.

ut qui campis ſecuritatem depulerat,

Carcerem ſibi moliretur.

Hunc tamen urbe ſua exulantem,

Lamechus Nepos pro fera ferit,

Facili errore, ferarum ſimilem.

Æquo igitur, & iniquo jure,

Malus à malo ſupplicium capit, quod dedit.

Et parricidio fratricidium expiatur.

Bis lugendum parentibus facinus,

cum committitur, & cum punitur.

Henoch Caini filius.

Irad Henochi filius, Vaviael Iradi fil.

Math u-

Digitized by Google

Mathuſael Vaviaelis fil.

Tecum mihi res eſt divinæ ſcriptor, Moſes
Quod geſta Henochi, Iradi, Vaviaelis, Mathuſaelis,
de commentariis eraſeris.
Sonas nimirum nomine, ſiles vitam.
Quid nomina ſine geſtis? quod geſta ſine nomina.
Perinde eſt carere geſtis ac factis.
Fallor,
Suis coloribus ſingulorum geſta pinguntur.
dum à Caino dicuntur ſati.
Deformes ſunt omnes, non differmes,
Fœdo exemplari ſimiles.
Narranda non erant facta, ſed mutanda nomina,
Modeſtus proinde, non moleſtus Moſes.
Ne vel aures loquendo, vel hiſtoriam ſilendo læderet,
Loquaci ſilentio,
Infanda geſta nec evulgavit, nec tacuit.
Annorum etiam numerum conſultò ſiluit:
Nihil enim vivunt, qui malè vivunt.
nec annos impii uſurpant, ſed perdunt.
Novo igitur invento ſupplicio
Sceleſtos ulciſcitur, dum tacet ſcelera,
calamo pungit, dum expungit;
Totque capita obtruncat, quod truncat nomina.
Iacete igitur æternum digna Caino proles,
Pro latebra & ſepulchro ſilentium dono.

Tubal Lamechi filius artis
Fabrilis repertor, ut Iubal Muſicæ.

Ex alia in aliam vocaris muſicam viator.
Auras plectro demulſit Iubal,
Aures malleo Tubal obtundit,
Ille tibiæ repertor, hic gladii.

Vtrumque noris ab uno ſatum Lamecho
Nam effeminatus ac ferus Pater,
titulum diviſit hæredibus.
Hinc alter effeminatur ad cantum,
alter efferatur ad arma.
Dubitas de magiſtro?
Cerne tam dira artis rudimenta.
Dices tam bonum ingenium, à malo genio.
O dira vitæ faſtidia!
Brevem vitam fecit natura,
breviſſimam culpa, ars nullam.
Inventus eſt Caini Nepos qui Caino invidiam demeret
Ille mortem vocavit, hic alas addit:
Ille in campum duxit, hic armat;
Ille fecit, ut mortalis mori poſſit;
Hic, ut nemo vivus ſecurus vivat;
Ille unum occidit: hic quantos!
Quoties quiſque ferro cadet, in hunc clamabo:
Ferreus erat, qui ferrum reperit.
At malo tuo malam artem exerces Tubal,
ferrum cudis, ferro cades.
Parricidam feciſti Patrem,
Caderis à Patre.

Lothi Uxor, & hujus Metamorphoſis.

Quam ſtupes mulierem ſtatuam
tanto artificio fictam, artifice caruit.
Genita fuit, & ſine ſcalpello ſculpta
Et quod impenſius mirere,
Olim ſpirabilis & locuta.

Brevi

Digitized by Google

Brevi. femina fuit:
Dicerem, eſt, niſi prodigium videretur,
feminam eſſe & tacere.
Gorgonium vidiſſe illam putas, aut Ciconũ bibiſſe fonte?
Erras, ſeipſa finxit:
Nam contra divinum præſcriptum
dum patriam ſpectat, ſe amiſit.
Sola igitur mortalium, nec imaginis egens, nec ſepulcri,
Ipſa ſuæ ſtupiditatis imago in ſemita hæret,
& in ſtatua ſua tumulatur.
Licet igitur inter Metamorphoſes numerare
feminam ex verâ fictam;
imò nunc veram, quia fictam.
Nam quid in feminis videas niſi fictum?
Itaque mentiri ſolita ſeipſam mentitur.
Mortua vivam ſimulat, vel viva mortuam.
Magis mirere,
quod inſulſa ſalſum migravit in lapidem,
in ſale mortua, quo viva carebat.
Sic ſolent feminæ, ſapiunt cum pereunt.
Ah fuge hunc ſalem ſi ſapis, viator.

Ioſeph Jacobi filius

Dulces Rachelis primitiæ Ioſeph,
ut primus evadat, undecimus naſcitur.
Egregium aliquid meditante natura,
quæ tot exemplaria delineavit, ut unum abſolveret.
Paterna virtuti, materna pulchritudini compar,
Vt impares fratrum mores de ſuo typo corrigeret.
In ſopore vigil,
pingente ſomno futuræ dignitatis expreſſit imaginem.

Sed periculoſa res eſt eminere.
Per cognatum livorem
Vivus humatur, exhumatus divenditur.
Hic Domino, quàm Dominæ obſequentior,
Servili compede, quàm herili complexu conſtringi,
Carcerem ſubire maluit, quàm mereri.

Aaron Moſis frater

Adeſte Præſules paucis vos moneo,
Cecidi, nemo fidat, convalui, nemo diffidat.
Ego Pontificum Princeps, & Principum Pontifex,
Moſis frater imò pars fratris ſui,
Nam quo alteruter carebat ab alterutro ſumpſit.
Illi ego linguam, ille mihi manum ſuffecit.
Vni omnia nunquam conceſſa.
Sed ego nimio indulgentior
Vulgo Deum Deo meliorem flagitanti Dæmonem dedi.
Inaurium auro flammis domito monſtrum conflavi,
Vt aurium dolore oculi reſipiſcerent.
At nimis imperitè aureum formavi, ſi coli nolebam,
cum aurũ colatur vel informe, & numus pro Numine ſit.
Materiæ pretio vilem addidi jumenti ſpeciem,
ut Numen darem colentibus ſimile.
Sic circa vitulum vitulantur laſcivi,
Et paſtores ducuntur à pecude.
Itaq; in elemento eodẽ, Deum Moſes, ego Dæmonẽ reperi.
At nemini ſuum artificium pluris ſtetit.
Levius authorem torſit Phalaridis Taurus,
quàm meus me vitulus.
Nam ſemel ille gemuit, ego ſemper,
Finem ludicri luctus excepit
Dum Vulcano redonatus eſt vitulus,
Et flamma ſcelus delet, quod fecit.

Tum

Digitized by Google

Tũ verſo in medelã veneno, Idoli cineres in aquis ſorbuit,
Vt Bacchi facinus eluerent Lympha.

Sampſon ex Dan.

Adeſte juvenes quibus robur & cupido.
De vobis utriuſque ideam Sampſonem,
Alcidis coætaneum, Alcidi ſimilem robuſto & forti.
Mox cupidinis mancipium cupidini ſimile cæco & nudo.
Hic de ſterili germinat,
Quo miraculo vel Iacob, vel Eſau naſcitur, nihil ſimile.
Ad hoſtium cædes conſecratus,
Odia Philiſtæorum ab amoribus Philiſtæarum incipit.
Vt Marti facem ſubijceret Cupido.
Meretricula illaqueatus amplexibus,
Philiſtinis deſtinatur ad prædam.
Sagaciſſimus quæſitor eſt femina.
blandè torquẽdo verũ extorquet, tergiverſari difficile eſt.
eum apparitor Cupido faces admovet.
Qui Leones ſuperaverat, à Lupa ſternitur.
Coactis undiq; inſidijs ſecto crine, enervis in nervũ mittitur.
& oculis orbatur, quos in aliena fronte perdiderat.
Sic ex Alcida Oedipus fruges terendo conteritur.
hoc tantùm felix, quòd ſe miſerum non vidit.
Redijt tandẽ ad Sampſonẽ virtus, cũ Sampſon ad Numen.
In Veneris templo Cyclopem ludere juſſus, nec larvâ egens:
Labefactis columnis templum impellit,
Et ſpectaculum perimit ſpectatores.
Sic ſua inter trophæa moritur Sampſon
Odijs felicior, quàm amoribus.

Salomon

Triforme hoc monſtrum
Humano capite, femineo pectore, ferina cauda.
Scyllam putas? falleris. Salomon eſt.

Expertus quippe eſt volubilem rerum rotam,
Cum tu fundam rotaſti.
Cum in triumpho giganteum caput tuliſti,
Omnem ſuperaſti Capitolii pompam.
Sed imperator invidit militi laureato.
Ferro te non ſemel appetiit,
à quo parta erat victoria, ſine militum ferro.
At tu efferatum Regem ob Mulierum cantum,
mollire tuo conatus es cantu:
hoſtilem vim mollibus eneruaſti nervis.
Lanceâ ille pugnavit bellicâ, tu arcu muſico,
ſed illius irritus ictus fuit, efficax tuus.
Mirum dictu. Sanari non potuit vulnus, niſi arcu,
ſed qui ſonum eliceret, non ſanguinem.
In te Rex invidus libravit haſtam,
per quem fuerat liberatus ab hoſte.
æger vulnus intendit medico
Cariturus, ſi hic periret, medela.
Dum ſpoliandum te tradit hoſti,
ipſe tibi Rex cedit in ſpolium.
tametſi partem tantùm abſtuliſti veſtis,
Vt exueres eum feritate, non vitâ.
Purpuream ſcidiſti chlamydem ferro,
muricis contentus cruore, non hoſtis:
Ideo dignus viſus qui regiam indueres purpuram.

Ionathas Saulis filius, cum David amico veſtes mutat, ut ſervet 1. Reg. 14.

Cum invicem vos exuiſtis ambo,
nudi certare voluiſtis amando Athletarum more.
Et vincere glorioſum fuit, & vinci.

Novam

Novam amor aperuit ſcenam,
Cum Paſtor regia circumdatur purpura,
Regis filius melote:
ille ſceptra manu tractat, hic pedum.
Vt amor probaret ſe verum, finxit,
cùm alterum finxit in altero:
non fefellit, quia ambos conflavit in unum.
Quanto fuiſti robore,
qui duplex uno tempore confeciſti certamen,
alterum cum amante amico,
alterum cum parente hoſte,
inter amoris & odii tela ſtrenuè verſatus!
Bis ſubiiſti aleam vitæ,
ſemel cum mel guſtaſti, iterū cum mellitū amicū;
ſed ſuperior fuit acerbitate paterna
ſuavitas amicitiæ.
Sed Sagittas amicus in primis laudavit tuam,
Saucius videlicet in te amore.

Abimelech ſacerdos à Saule occiſus, quod Davidi cibum & arma miniſtraſſet. 1. Reg. 21.

Plurimas Pontifex cecidiſti victimas,
tu quoque tandem mactatus in victimæ morem,
pulchrior tuo cruore, quàm pecudum.
Vitâ privatus ob datum præſidum vitæ.
Exarmato ſuffeciſti arma, Goliathi gladium.
Refixiſti unum ex æde ſacra belli tropæum,
ut victor heros affigeret plura.
At tu impium pertuliſti ferrum, quia obtuleras pium.
Cum non auderent ſacrum tuum caput.
Violare lictores, unus inventus eſt Tyranni Paſtor.
Nihil Palæſtina indignius vidit,

quàm

Digitized by Google

quàm ingulatam à Paſtore ovem.

Obededom Cuſtos arcæ. 2. Reg. 2.

Hoc tua domus ſacratior fuit & ſanctior,
quòd nullos habuit Deos.
Et quod careret laribus, qui perderent herum.
Cum arca, & nectar contineret, & virgam,
Tu nectar expertus, ceteri virgam.
Iure tu adhibitus ad cuſtodiam legum,
qui divina ſervabas jura.
Domus ceſſit in delubrum foci in aram.

Abigail David cibum præbet, quem Nabal vir ejus negaverat. 2. Reg. 25.

Mutavit natura munerum vices,
in femina poſuit, quod maximè virum decet,
conſilium & prudentiam.
Non eſt ille veritus, vel Regem, vel vatem,
ſed cum hujus providere noluit vitæ,
ſuum non prævidit exitium.
Cum ſuperbo faſtu regios ſprevit faſces,
in ſe acuit ſecures.
Nempe negavit fruges, qui homo frugi non erat.
ſed divinitus percuſſus, Abigail illuſtrioribus,
dignam tædis, & nuptiis fecit,
deinceps non famulo junctam; ſed Regi.
Adhæſit vitis quercui ad coronas aptæ, non ſtipiti.

Abiſag Virgo David ſeni juncta, incorrupta manſit. 3. Reg. 1.

Omnes undique carpat eloquentia flores,
Vt tibi debitam componat corollam.

Regi

Regi conjuncta qui frigeſcebat ſenio,
quaſi in media effloruiſti bruma,
Corporis illibato pudore.
puncta es venuſtate, non Venere.
Hoc exſplenduerunt illuſtrius tædæ,
quod non arſerunt.
plus ad laudem luce valuêre, quàm flammâ.
Immotus pudor, quia creditus trementi, non timuit.

CAPVT VII.

Ex Emmanuele Theſauro

Patricio Taurinenſi Equite S. Crucis excerpta quorundam elogiorum ſententia.

Adam Terræ filius.

Hic ille jaceo per quem omnes jacent,
Nec orbus, nec poſthumus fui,
ſed Patris expers.
Matrem habui, quæ me habet.
Cum omnia ſcirem, ut plura ſcirem, deſipere cœpi.
Virorum ſapientiſſimus dementor à femina,
quàm maleſuada!
Beata ſilvæ dum fructus carpo ſilvam amitto,
ex Rege agricola.
Quia Numen non colui, terram colui.
Vxor me immortalem peremit, uxorem ego.
uterque omnes,

Digitized by Google

Tum verè conjuges, cum uno jugo vincti.

Cain Adami filius.

Huc mala verba viator,
Perditorum Princeps tales poſſit inferias.
Hic avarus agricola, felicis frater Paſtoris,
peiores fruges aris imponens, omnes amiſit.
Et ingratus Deo ſator, ingrata ſibi ſata deprehendit.
Quod Abelis hoſtius felicius ſuccedit invidens.
Ne itaq; fraterna victima litarent, victimã fecit fratrē.
Primus hic flagitiorum inſtitor,
Mortem invenit, & invexit.
Horruit Mors expiandis ſceleribus nata,
primus ſibi aditus per innocentis jugulum frangi:
mirata primo ſe ictu magnam orbis partem orbaſſe.
At non impunè tulit proditor.
Forum nactus ſiluam, teſtem mortuum,
Apparitorem umbram, carnificem culpam, judicē Deum,
Inani pavore territus, ac ſeipſum terrens,
Quia timenda non timuit, timet non timenda.
Vrbem primus condidit, nec immeritò.
ut qui campis ſecuritatem depulerat,
Carcerem ſibi moliretur.
Hunc tamen urbe ſua exulantem,
Lamechus Nepos pro fera ferit,
Facili errore, ferarum ſimilem.
Æquo igitur, & iniquo jure,
Malus à malo ſupplicium capit, quod dedit.
Et parricidio fratricidium expiatur.
Bis lugendum parentibus facinus,
cum committitur, & cum punitur.

Henoch Caini filius.

Irad Henochi filius, Vaviael Iradi fil.

Math-

Mathuſael Vavïaelis fil.

Tecum mihi res eſt divine ſcriptor, Moſes
Quod geſta Henochi, Iradi, Vaviaelis, Mathuſaelis,
de commentarijs eraſeris.
Sonas nimirum nomine, ſiles vitam.
Quid nomina ſine geſtis? quod geſta ſine nomina.
Perinde eſt carere geſtis ac factis.
Fallor,
Suis coloribus ſingulorum geſta pinguntur.
dum à Caino dicuntur ſati.
Deformes ſunt omnes, non difformes,
Fœdo exemplari ſimiles.
Narranda non erant facta, ſed mutanda nomina,
Modeſtus proinde, non moleſtus Moſes.
Ne vel aures loquendo, vel hiſtoriam ſilendo læderet,
Loquaci ſilentio,
Infanda geſta nec evulgavit, nec tacuit.
Annorum etiam numerum conſultó ſiluit:
Nihil enim vivunt, qui malè vivunt.
nec annos impij uſurpant, ſed perdunt.
Novo igitur invento ſupplicio
Sceleſtos ulciſcitur, dum tacet ſcelera,
calamo pungit, dum expungit;
Totque capita obtruncat, quod truncat nomina.
Iacete igitur æternum digna Caino proles,
Pro latebra & ſepulchro ſilentium dono.

Tubal Lamechi filius artis
Fabrilis repertor, ut Jubal Muſicæ.

Ex alia in aliam vocaris muſicam viator:
Auras plectro demulſit Iubal,
Aures malleo Tubal obtundit,
Ille tibiæ repertor, hic gladij.

Digitized by Google

Vtrumque noris ab uno ſatum Lamecho
Nam effeminatus ac ferus Pater,
titulum diviſit hæredibus.
Hinc alter effeminatur ad cantum,
alter efferatur ad arma.
Dubitas de magiſtro?
Cerne tam dira artis rudimenta.
Dices tam bonum ingenium, à malo genio.
O diræ vitæ faſtidia!
Brevem vitam fecit natura,
breviſſimam culpa, ars nullam.
Inventus eſt Caini Nepos qui Caino invidiam demeret
Ille mortem vocavit, hic alas addit:
Ille in campum duxit, hic armat;
Ille fecit, ut mortalis mori poſſit;
Hic, ut nemo vivus ſecurus vivat;
Ille unum occidit: hic quantos!
Quoties quiſque ferro cadet, in hunc clamabo:
Ferreus erat, qui ferrum reperit.
At malo tuo malam artem exerces Tubal,
ferrum cudis, ferro cades.
Parricidam feciſti Patrem,
Caderis à Patre.

Lothi Uxor, & hujus Metamorphoſis.

Quam ſtupes mulierem ſtatuam
tanto artificio fictam, artifice caruit.
Genita fuit, & ſine ſcalpello ſculpta
Et quod impenſius mirere,
Olim ſpirabilis & locuta.

Brevi

Brevi. femina fuit:
Dicerem, eſt, niſi prodigium videretur,
feminam eſſe & tacere.
Gorgonium vidiſſe illam putas, aut Ciconū bibiſſe fonte?
Erras, ſeipſa finxit:
Nam contra divinum præſcriptum
dum patriam ſpectat, ſe amiſit.
Sola igitur mortalium, nec imaginis egens, nec ſepulcri,
Ipſa ſuæ ſtupiditatis imago in ſemita hæret,
& in ſtatua ſua tumulatur.
Licet igitur inter Metamorphoſes numerare
feminam ex verâ fictam;
imò nunc veram, quia fictam.
Nam quid in feminis videas niſi fictum?
Itaque mentiri ſolita ſeipſam mentitur.
Mortua vivam ſimulat, vel viva mortuam.
Magis mirere,
quod inſulſa ſalſum migravit in lapidem,
in ſale mortua, quo viva carebat.
Sic ſolent feminæ, ſapiunt cum pereunt.
Ah fuge hunc ſalem ſi ſapis, viator.

Ioſeph Jacobi filius

Dulces Rachelis primitiæ Ioſeph,
ut primus evadat, undecimus naſcitur.
Egregium aliquid meditante natura,
qua tot exemplaria delineavit, ut unum abſolveret.
Paternæ virtuti, maternæ pulchritudini compar,
Vt impares fratrum mores de ſuo typo corrigeret.
In ſopore vigil,
pingente ſomno futuræ dignitatis expreſſit imaginem:

Digitized by Google

Sed periculoſa res eſt eminere.
Per cognatum livorem
Vivus humatur, exhumatus divenditur.
Hic Domino, quàm Dominæ obſequentior,
Servili compede, quâm herili complexu conſtringi,
Carcerem ſubire maluit, quàm mereri.

Aaron Moſis frater

Adeſte Præſules paucis vos moneo,
Cecidi, nemo fidat, convalui, nemo diffidat.
Ego Pontificum Princeps, & Principum Pontifex,
Moſis frater imò pars fratris ſui,
Nam quo alteruter carebat ab alterutro ſumpſit.
Illi ego linguam, ille mihi manum ſuffecit.
Vni omnia nunquam conceſſa.
Sed ego nimio indulgentior
Vulgo Deum Deo meliorem flagitanti Dæmonem dedi.
Inaurium auro flammis domito monſtrum conflavi,
Vt aurium dolore oculi reſipiſcerent.
At nimis imperitè aureum formavi, ſi coli nolebam,
cum aurũ colatur vel informe, & numus pro Numine ſit.
Materiæ pretio vilem addidi jumenti ſpeciem,
ut Numen darem colentibus ſimile.
Sic circa vitulum vitulantur laſcivi,
Et paſtores ducuntur à pecude.
Itaq; in elemento eodẽ, Deum Moſes, ego Dæmonẽ reperi.
At nemini ſuum artificium pluris ſtetit.
Levius authorem torſit Phalaridis Taurus,
quàm meus me vitulus.
Nam ſemel ille gemuit, ego ſemper,
Finem ludicri luctus excepit
Dum Vulcano redonatus eſt vitulus,
Et flamma ſcelus delet, quod fecit.

Tum

Tũ verſo in medelã veneno, Idoli cineres in aquis ſorbuit,
Vt Bacchi facinus eluerent Lympha.

Sampſon ex Dan.

Adeſte juvenes quibus robur & cupido.
De vobis utriuſque ideam Sampſonem,
Alcidis cœtaneum, Alcidi ſimilem robuſto & forti.
Mox cupidinis mancipium cupedini ſimile cæco & nudo.
Hic de ſterili germinat,
Quo miraculo vel Iacob, vel Eſau naſcitur, nibil ſimile.
Ad hoſtium cædes conſecratus,
Odia Philiſtæorum ab amoribus Philiſtæarum incipit.
Vt Marti facem ſubjiceret Cupido.
Meretricula illaqueatus amplexibus,
Philiſtinis deſtinatur ad prædam.
Sagaciſſimus quæſitor eſt femina.
blandè torquẽdo verũ extorquet, tergivrſari difficile eſt.
eum apparitor Cupido faces admovet.
Qui Leones ſuperaverat, à Lupa ſternitur.
Coactis undiq; inſidijs ſecto crine, enervis in nervũ mitti-tur.
& oculis orbatur, quos in aliena fronte perdiderat.
Sic ex Alcida Oedipus fruges terendo conteritur.
hoc tantùm felix, quòd ſe miſerum non vidit.
Redijt tandẽ ad Sampſonẽ virtus, cũ Sampſon ad Numen.
In Veneris templo Cyclopem ludere juſſus, nec larvâ egens:
Labefactis columnis templum impellit,
Et ſpectaculum perimit ſpectatores.
Sic ſua inter trophæa moritur Sampſon
Odijs felicior, quàm amoribus.

Salomon

Triforme hoc monſtrum:
Humano capite, femineo pectore, ferina cauda.
Scyllam putas? falleris. Salomon eſt.

 [illegible]

Prudens puer, effeminatus vir, ferus ſenex.
Hoc puero, nemo ſapientior.
Vnus mortalium omnia ſcivit, nihil didicit.
Venit ad Iuvenem prudentia, quæ juvenes fugit.
Sui ſecura apud pudicúm, cui candor pro canicie.
Quod magis mirere ad dormientem venit,
Muſarum ductore ſomno, qui Muſas fugat.
Itaque per occluſas fores, oculos, ingreſſa eſt ſapientia,
vel hoc indicio cœleſtis.
Nec venit indotata,
Sceptro manum porrexit Salomon, cum cæteri ferulæ.
Vt dubites, uter utri plus contulerit:
Nam per ſapientiã regnavit puer, per puerum ſapientia.
Prima imperantis cura fuit Patris ſepulchrum.
Vt Patrem æternaverit tumulando.
Ex Rege Sacerdos templum dicavit;
Mundum voces; non templum.
Spatiis tripertitum, plagis quadrifidum,
Annis totidem, quot mundus ſolibus abſolutum.
Merito igitur undecunque delatæ opes,
Vt mundus mundum ornaret;
Regiam & tribunal, gemmâ & oſtro conſternit,
Ne venalis ſperetur Iuſtitia, quæ opes calcat.
Atque ut profugum revocet Aſtræam
Aureos mores in aurea domo reſtituit.
Sed neſcias utrum magis mireris,
Senium in infante, an infantiam in ſene.
Tanta cauſa dementiæ libido.
Vt non immerito Venerem vocarint Luciferum,
Cum alterum coluerit in altero,
Secuta, ut ſolet Venerem, feritas,
Nam nimia liberalitas rapinis alitur.

Ergo.

Ergo regni opibus in Gynæceo profligatis,
per graviſſima tributa amicos oneraut, ut amicus ornet.
Quin & per magicas artes aurum ſcrutatus,
Feralis aruſcator vectigales Dæmonas fecit,
& Plutum quæris apud Plutonem.
Tot inter flagitia pacem amiſit Pacificus.
Rebellante Ieroboamo tributorum quæſtore
Per Mammonæ miniſtros, Mammonæ cultor affligitur.
Donec divino Numine afflatus Achias
ſuum pallium & Salomonis regnum diviſit.
Sic obiit inſanus ſapiens,
Hebræorum decus & dedecus,
Inter opes inops, ſterilis inter conjugia
Vnico de tot mille thalamis ſuſcepto filio.
Nam nihil Veneri nocentius, quam Venus.

Joan. Baptiſta D. V. ex Conſobrina nepos.

Hoc *Numinis* præcone nemo major, nemo minor.
Prophetarum poſtremus, Martyrum primus.
Solis lucifer. Luciferi Veſper.
Meſſiæ magnitudinem ex ſuâ imagine expreſſit.
Imò Meſſiæ myſtes, & Chriſti Chriſtus.
Mundi luſtratorem luſtrali aquæ ſanctvit;
Ambigente Iordane lavaret, an lavaretur?
Nobilis fluvius cœleſti Eridano minimè invidus.
Nam ille in cœlum tranſlatus, huic cœlum delatum.
Hem quantus & quantulus fuit?
Tantam ſanctitatem ad nihilum redegit.
Cum ſe neminem dixit.
Hoc præcone nemo taciturnior, nemo vocalior.
Vix conceptus ſilentium patri indixit.

Vix formatus Deum hoſpitem nutibus excepit:
Vix utero egreſſus, ſolitudinem ingreſſus,
Hirtus, jejunus, vigil,
Cum angelis angelus, mutus cum mutis vivens,
quod loqueretur tacendo didicit.
Nemo diutius infans fuit, nemo altius fatus.
In deſerto diſertus, & jam nihil niſi vox.
Rudes inſtruxit, avios reduxit,
peccantes increpuit, Reges terruit.
Trunco etiam capite clamoſus.
At at procumbe viator, Preco ſiluit, Meſſias adeſt.

Maria Virgo Joachimi filia, Chriſti Mater, in *Statua* adumbrata.

Lauretana hac ſtatua Lucæ ſcalpellum ſenſit.
Vtinam vitæ quoque ſimulacrum calamo edidiſſet,
Sed de ſcriptore ſculptor, pro vera effigie ligneam dedit.
Figmentum hoc ſupplevit Evangelium,
Facundus codex eſt caudex.
A qui diu ſecum cogitabundus artifex.
Animi Ideam ligno impreſſit.
Audi myſteria, & mirare.
Primum, Cedri regiæ arboris trunco exciſa effigies
Nobilitatem refert.
Qua undeviginti luxurioſa Regibus, Virginem tulit.
Tanti generis non tam ſtirpem, quam ſtipitem.
Præterea exareſcente materia ſculpitur.
Nam ſterili Matri ingenita eſt Virgo.
Quid enim mortua ex Venere gigneretur niſi Virgineum?
Nullum in hoc typo peccatum culpes:
nullum in prototypo.
Nam ſola Maria Adami lutum non oluit.
Jam ſi templo imago, imagini templum dicatum.

Templo.

Digitized by Google

Templis etiam colenda Maria, templum coluit.
Cum trimula caſtis Aris admota,
Ipſa Deo, ipſi Deus virginem florem ſervavit,
Munuſque impetravit afferendo:
At quot fabrili materia nubilis adhaeret forma.
Speciosum cum fabro connubium refert,
Imò in conjugio cœlibatum,
nam ſi ſtatua nuberit, ſic nuberat.
Cernis eodem trunco exſculptam cum filio Matrem,
Cum Matre filium, gemino & uno corpore;
Vt dubites, utrum ex alio naſcatur?
Habes prodigium illud maximum,
Cum Deo genita Deum genuit,
Novoque reciproca cognationis vinculo.
Dei filia, filij ſponſa, ſponſi Domina, Domini Ancilla,
Cœleſtia humanis, humana cœleſtibus compaginavit.
Sed heu brevis voluptas? unde ut Chriſti fera imago
Infantem gremio ſtringit, atque ſcalpenti porrigit.
Sic filium Simonis gladio ſcalpendum obtulit mater &c.
Quaris divino ut amore flagraverit? habes colorē ex cæ
Fulginoſum hoc lignum amoris torrem oſtendit. (lore.)
Silentium quaris? ſtatuam taciturnam interrogo
Verecundiam? nil ſuis oculis amplius indulſit,
quam ſtatua ſuis.
Quaris cur diſcriminatis, ut in funere, crinibus
dolentem dolavit opifex, ſed erectam?
Certè ſic ſtetit juxta crucem cruce altior & ſolidior.
Callidè igitur femineam ſtatuam ſculpſit Lucas.
Nam filij mortem, ut femina ſenſit, ut ſtatua tulit.
Quid? ultima ejus fata nil argutius exprimit,
Quam incorrupta è cedro ſtatua.
Exanimati, ſed incorrupti corporis typus.

Digitized by Google

Æterna hæc ſanctio, ut omnia pereant etiam immerentia:
Damnata, quia nata.
Sola Deipara periit, non putruit & in ſcrobe refloruit.

Jesus Chriſtus Dei ac Virg. fil.

Siſtimur, ô tandem tibi clementiſſime aſſertor,
Sacri voluminis alpha & omega:
Non longius vagaturi te contracto.
Quo enim procedat, qui te accedit ultimam rerum metã?
Tu aviti generis meta.
Matris annos in proavis numeraturus,
Trium & 60. patriarcharum ſtemma claudis,
Tu antiquorum antiquiſſimus, novîſſimorum noviſſimus,
Majoribus major, poſterior poſteris,
Seviſti nobilitatem tuam & meſſuiſti,
Verè tuam, quia à te fluxit in te rediit.
Tu divinorum operum meta.
Ex Deo homo, ex virguncula Deus,
Quod unum deerat univerſitati miraculum expleviſti.
Tu temporum meta:
Summo ſolſtitio, nocte media, anno extremo natus:
Solus fugam umbrarum incrementa, anni lapſum inhibuiſti &c.

S. Joſeph Jacobi filius Virginis ſponſus.

Senis hujus magnitudinem tergemino metire titulo.
Vir Mariæ fuit,
Solus nimirum toto orbe ſelectus:
Viragini vir, Virgini Virgo,
Fortunatum conjugium, cui dexter ales angelus
Divinitas pronuba, flammeum flamen, Dos verbum.
Unica hæc Hymenæi tæda fumo caruit.
candore non denigrato.

Iugalia:

Digitized by Google

Iugalia hæc vincla nihil ſtrinxere, præter animos.
Nec ultra amorem ivere amantium vota.
Nec novum Ioſepho Dominæ nolle miſceri.
Dubito nuptialem cœlibatum, an cœlibes nuptias vocem?
Nam ſponſa contubernio ſponſi Virginitas geminatur.
Novoque miraculo forma pudicitiæ ſuffragatur.
Denique ſic palma nubunt.
Hinc alter ille majorque Titulus,
Pater JESU fuit.
Quippe naturâ patruus; conjugio vitricus, officio Pater,
Privignum Numen educavit, erudiit, aluit.
Et vitam ſi non dedit, ſervavit.
O gratas educationis vices!
Ille ſervat, hic ſervit, & altorem ſuum alumnus alit.
Orant alii Numen, hic cogit:
Nam Patris vota, imperia ſunt.
Adjice poſtremum titulum,
Filius Davidis fuit, & faber.
Quis credat?
Regia Davidis linea in materiario finitur,
Nova nimirum nobilitatis fabro.
Nam retrograda generis claritas
à Deo in fabrum, à fabro in Regis avos refunditur.
O nexa Providentiæ opera!
Regalis Genealogiæ princeps Adam, poſtremus Ioſeph:
Ille agricola, hic faber:
nam lignum, peccati materiam, ille ſevit, hic ſecuit.
Haud alienum à Chriſti Patre miniſterium.
Quid enim Deus niſi faber,
Tornare orbem, inſpicare montes, dolare campos,
Excidere homines, fabrilia ſunt.
Verè ut dicas fabrum Deum, & fabri filium.

Digitized by Google

Reſpondent vero morienti Chriſto hi natales:
Vt inter eandem artem viveret & occumberet.
Malleus, forfex, terebra, clavi, ligna,
Vitæ miniſteria, mortis inſtrumenta fuere.
Eademque domeſtica arte & cuna dolantur & crucem.
Sua igitur neci naſcendo præludit,
Dum ex fabro naſcitur.

His priſcis Heroibus idem Theſaurus præmiſerat aliorum Principum, ac Sanctorum , alio in opuſcule, mitiore aliquanto ſtylo exarata elogia, ex quibus hæc delibare viſum eſt.

S. Athanaſius Alexandrinus.

Athanaſij virtus ſenilis in puero,
puerile nihil unquam habuit, præter ætatem.
Neſcias, an plus didicerit, an plura docuerit;
Veritatis amantior, quàm quietis.
Æquè inſenſus Ario, ac Arius Chriſto,
In omnibus ab eodem diſſentiens, in hoc uno conſenſit,
quòd uterque Athanaſium nollet Epiſcopum.
Vtroque tamen invito coactus ad infulas,
quia ſatis amari non poterat, incurrit in odia,
ab hoſpitibus delatus ad hoſtes.
Nunquã non agnitus, innocens ſæpe damnatus, ut nocens,
Sedem mutare maluit, quàm ſyllabam.

S. Joannes Chryſoſtomus.

Ioannes eloquentiâ aureus, tolerantia ferreus,
Pretioſior fortaſſe quod ferreus, quàm aureus.
Silueſcere metuens ſeceſſit in ſilvas,
exuturus inter feras,

Siquid

Si quid ferinum induiſſet inter homines.
Alienis clarus in oculis, obſcurus in ſuis,
Vrbes dum fugeret, urbes in eremum abſtraxit.
In hoc uno cum virtute rixatus, quod latebras impediret.
Se uno dolente revocatus in patriam.
Felicem ſe non reputans, niſi cum miſerorũ cauſas ageret.
Perditos nec tolerare potuit, nec corrigere:
ideo hoſtis habitus, quia diſſimilis.
Semel iterumque à barbaris pulſus ad barbaros.
Semper patriam invenit in exilio.
Vir in omnibus aureus,
niſi quod avaris placere non potuit.

S. Gregorius Thaumaturgus.

Sub frigido cælo natus eſt, ut illud accenderet.
Ab hoſtibus malè preſſus.
Magis mirandus quod ulciſci nollet, quam quod poſſet:
Scopulos per inane circumagens,
Difficilius moveri ſæpe mentes, quam montes expertus eſt.
Æquè prodigia loquebatur, ac faciebat.
Multa in mundo cum feciſſet admiranda,
nihil ſeipſo mirabilius facere potuit.
Ita ſibi vacabat ac ſi ceteros negligeret,
ita alijs, ac ſi ſe ipſe negligeret.
Suarum virtute notus, notiori ſua.
Nunquam mortalis, reditus, niſi cum viſus eſt mori.

S. Gregor. Nazianzenus.

Alienis facundus in laudibus, mutus in ſuis.
Prodeſſe voluit omnibus, nulli præeſſe, quàm ſibi.
Vrbes deſerere maluit, quàm invidorum turbis implere;
Cum jam ſui unius colonus vellet eſſe.
Seceſſit in campos.

Debitam

Debitam meritis ſedem,
cum non haberet in terris, invenit in cœlo.
aquè appetitus cum eſſe deſineret,
ac fuerat, antequam eſſet.

S. Polycarpus.

Virtutis quam collegit, ex omnibus fecit epitomen.
In hoc mirandus, quòd ita omnes expreſſerit,
ut dum viveret, neminem eorum periiſſe putares.
Tyrannum non metuens, niſi cum mitior videretur.
Vitam ſuam moriens clariorem in flamma fecit,
quam ſanguine largiter irroravit, ne deficeret.
Denique injurias beneficijs ultus eſt.

S. Ambroſius.

Nulli non intimus omnium ſenſit incommoda.
In hoc verendus, quòd contemneret neminem,
in hoc timendus, quòd neminem formidaret.
Chriſti cauſam ut preſſam erigeret, preſſus ſæpe eſt.
Facundiâ hoſtes deterruit,
Conſtantiâ fregit,
Diſertiſſimus etiam, cum taceret.

S. Auguſtinus.

Peccata ſua dum faſſus eſt, virtutem fecit,
Vera gaudia auſpicatus dolendo eſt.
E matris oculis lacrymas tranſtulit in ſuos.
Denique ſcribenda fecit, qui facienda ſcripſit.

S. Martinus.

Chlamydis parte totum ſibi emit empyreum,
non magis admirandus quod chlamydem divideret,
quàm quod militia pietatem connecteret,
Illuſtravit virtute prodigia, prodigijs virtutem.
Omnes amavit præter ſe unum. Nullum.

Digitized by Google

Nullum non reveritus, niſi quod ſeipſum contemneret.
Charum illi cælum, charus ille cælo.
Latrones dum ſtricto ferro rogant, an timeret?
Ridet ille, & ſe nunquam minus timuiſſe, ait,
ſperaſſe enim ſemper majori in diſcrimine
Deus propiùs adfuturum.
Demum Martinus illos, cum aurum cuperent,
totos aureos fecit.
Faſſique ſunt nulli unquam pecunias expoſcenti
ita bene verba data eſſe.

S. Hilarius.

Quam vitam ſemel accepit in Gallia,
Gallia non reddidit ſemel.
Nunquam viſus hilarior,
quam cum Deum nuptijs filia ſibi feciſſet affinem.
Relegatus in Phrygiam.
novum ſolem ab oriente in occidentem duxit,
quod hoſtes minarentur, appetens,
quod pollicebantur, contemnens.
Viciſſe ſe pro veritate non putavit,
quod non occubuiſſet in pugna.

S. Apollonius Martyr.

Cæcis animum prius, dein oculos aperuit.
Senes bene mori, pueros bene vivere docuit.
Pulſus ignes innoxios tranſijt.
Eam expertus in igne clementiam, quam omnes in ipſo.
Æquè ſe fortem exhibuit, ac Nero ferum.
Mari commiſſus.
Vt in omni elemento ſuum robur exprimeret.
Tolerare malos, non tollere potuit;
tollere illum, non tolerare mali.

S. Tho-

Digitized by Google

Prudens puer, effeminatus vir, ferus ſenex.
Hoc puero, nemo ſapientior.
Vnus mortalium omnia ſcivit, nihil didicit.
Venit ad Iuvenem prudentia, quæ juvenes fugit.
Sui ſecura apud pudicum, cui candor pro canicie.
Quod magis mirere, ad dormientem venit,
Muſarum ductore ſomno, qui Muſas fugat.
Itaque per occluſas fores, oculos, ingreſſa eſt ſapientia,
vel hoc indicio cœleſtis.
Nec venit indotata,
Sceptro manum porrexit Salomon, cum cæteri ferulæ.
Vt dubites, uter utri plus contulerit:
Nam per ſapientiã regnavit puer, per puerum ſapientia.
Prima imperantis cura fuit Patris ſepulchrum.
Vt Patrem æternaverit tumulando.
Ex Rege Sacerdos templum dicavit;
Mundum voces; non templum,
Spatiis tripertitum, plagis quadrifidum,
Annis totidem, quot mundus ſolibus abſolutum.
Merito igitur undecunque delata opes,
Vt mundus mundum ornaret,
Regiam & tribunal, gemmâ & oſtro conſternit,
Ne venalis ſperetur Iuſtitia, quæ opes calcat.
Atque ut profugam revocet Aſtræam
Aureos mores in aurea domo reſtituit.
Sed neſcias utrum magis mireris,
Senium in infante, an infantiam in ſene.
Tanta cauſa dementiæ libido.
Vt non immerito Venerem vocarint Luciferum,
Cum alterum coluerit in altero,
Secuta, ut ſolet Venerem feritas,
Nam nimia liberalitas rapinis alitur.

Digitized by Google

Ergo regni opibus in Gynæceo profligatis,
per graviſſima tributa amicos oneravit, ut amicus orn
Quin & per magicas artes aurum ſcrutatus,
Feralis æruſcator vectigales Dæmonas fecit,
& Plutum quæris apud Plutonem.
Tot inter flagitia pacem amiſit Pacificus,
Rebellante Ieroboamo tributorum quæſtore
Per Mammonæ miniſtros, Mammonæ cultor affig
Donec divino Numine afflatus Achias
ſuum pallium & Salomonis regnum diviſit.
Sic obiit inſanus ſapiens,
Hebræorum decus & dedecus,
Inter opes inops, ſterilis inter conjugia
Unico de tot mille thalamis ſuſcepto filio.
Nam nihil Veneri nocentius, quam Venus.

Joan. Baptiſta D. V. ex Conſobrina nepos.

Hoc *Numinis* præcone nemo major, nemo mi
Prophetarum poſtremus, Martyrum primus.
Solis lucifer. Luciferi Veſper,
Meſſiæ magnitudinem ex ſuâ imagine expreſſit.
Imò Meſſiæ myſtes, & Chriſti Chriſtus,
Mundi luſtratorem luſtrali aquâ ſanctivit;
Ambigente Iordane lavaret, an lavaretur?
Nobilis fluvius cœleſti Eridano minimè invidus.
Nam ille in cœlum translatus; huic cœlum delatu
Hem quantus & quantulus fuit?
Tantam ſanctitatem ad nihilum redegit,
Cum ſe neminem dixit.
Hoc præcone nemo taciturnior, nemo vocalic
Vix conceptus ſilentium patri indixit.

Vix formatus Deum hoſpitem nutibus excepit.
Vix utero egreſſus, ſolitudinem ingreſſus,
Hirtus, jejunus, vigil,
Cum angelis angelus, mutus cum mutis vivens,
quod loqueretur tacendo didicit.
Nemo diutius infans fuit, nemo altius fatus.
In deſerto diſertus, & jam nihil niſi vox.
Rudes inſtruxit, avios reduxit,
peccantes increpuit, Reges terruit.
Trunco etiam capite clamoſus.
At át procumbe viator, Præco ſiluit, Meſſias adeſt.

Maria Virgo Joachimi filia, Chriſti Mater, in *Statua* adumbrata.

Lauretana hæc ſtatua Lucæ ſcalpellum ſenſit.
Vtinam vitæ quoque ſimulacrum calamo edidiſſet,
Sed de ſcriptore ſculptor, pro vera effigie ligneam dedit.
Figmentum hoc ſupplevit Evangelium,
Facundus codex eſt caudex.
At qui diu ſecum cogitabundus artifex.
Animi Ideam ligno impreſſit.
Audi myſteria, & mirare.
Primum, Cedri regiæ arboris trunco exciſa effigies
Nobilitatem refert.
Quæ undeviginti luxurioſa Regibus, Virginem tulit.
Tanti generis non tam ſtirpem, quàm ſtipitem.
Præterea exareſcente materiâ ſculpitur,
Nam ſterili Matri ingenita eſt Virgo.
Quid enim mortua ex Venere gigneretur niſi Virgineum?
Nullum in hoc typo peccatum culpes:
nullum in prototypo.
Nam ſola Maria Adami lutum non oluit.
Iam ſi templo imago, imagini templum dicatum.

Templū.

Templis etiam colenda Maria, templum coluit.
Cum trimula caſtis Aris admota,
Ipſa Deo, ipſi Deus virginem florem ſervavit,
Munuſque impetravit afferendo.
At quot fabrili materia nubilis adhaeret forma.
Specioſum cum fabro connubium refert.
Imò in conjugio caelibatum,
nam ſi ſtatua nuberet, ſic nuberet.
Cernis eodem trunco exſculptam cum filio Matrem,
Cum Matre filium, gemino & uno corpore;
Vt dubites, utrum ex alio naſcatur?
Habes prodigium illud maximum,
Cum Deo genita Deum genuit,
Novoque reciproca cognationis vinculo.
Dei filia, filij ſponſa, ſponſi Domina, Domini Ancilla
Caeleſtia humanis, humana caeleſtibus compaginavit
Sed heu brevis voluptas? unde ut Chriſti fera im
Infantem gremio ſtringit, atque ſcalpenti porrigi
Sic filium Simonis gladio ſcalpendum obtulit mater
Quaeris divino ut amore flagraverit? habes colorē ex
Fulginoſum hoc lignum amoris torrem oſtendit. (l
Silentium quaeris? ſtatuam taciturnam interroga
Verecundiam? nil ſuis oculis amplius indulſit,
quam ſtatua ſuis.
Quaeris cur diſcriminatis, ut in funere, crinibus
dolentem dolavit opifex, ſed erectam?
Certè ſic ſtetit juxta crucem cruce altior & ſolidior.
Callidè igitur femineam ſtatuam ſculpſit Lucas.
Nam filij mortem, ut femina ſenſit, ut ſtatua tulit.
Quid? ultima ejus fata nil argutius exprimit,
Quam incorrupta è cedro ſtatua.
Exanimati, ſed incorrupti corporis typus.

Æterna hæc ſanctio, ut omnia pereant etiam immerentia:
Damnata, quia nata.
Sola Deipara periit, non putruit & in ſcrobe refloruit.

Jesus Chriſtus Dei ac Virg. fil.

Siſtimur, ô tandem tibi clementiſſime aſſertor,
Sacri voluminis alpha & omega:
Non longius vagaturi te contracto.
Quo enim procedat, qui te accedit ultimam rerum metã?
Tu aviti generis meta.
Matris annos in proavis numeraturus,
Trium & 60. patriarcharum ſtemma claudis,
Tu antiquorum antiquiſſimus, noviſſimorum noviſſimus,
Majoribus major, poſterior poſteris,
Seviſti nobilitatem tuam & meſſuiſti,
Verè tuam, quia à te fluxit in te rediit.
Tu divinorum operum meta.
Ex Deo homo, ex virguncula Deus,
Quod unum deerat univerſitati miraculum expleviſti.
Tu temporum meta.
Summo ſolſtitio, nocte media, anno extremo natus.
Solus fugam umbrarum incrementa, anni lapſum inhibuiſti &c.

S. Joſeph Jacobi filius Virginis ſponſus.

Senis hujus magnitudinem tergemino metire titulo.
Vir Mariæ fuit,
Solus nimirum toto orbe ſelectus:
Viragini vir, Virgini Virgo,
Fortunatum conjugium cui dexter ales angelus
Divinitas pronuba, flammeum flamen, Dos verbum.
Vidua hæc Hymenæi tæda fumo caruit.
Virgineo candore non denigrato.

Iugalia hac vincla nihil ſtrinxere, prater animos.
Nec ultra amorem ivere amantium vota.
Nec novum Ioſepho Domina *nolle miſceri.*
Dubito nuptialem cœlibatum, an cœlibes nuptias vocem?
Nam ſponſa contubernio ſponſi Virginitas geminatur.
Novoque miraculo forma pudicitia ſuffragatur.
Denique ſic palma nubunt.
Hinc alter ille majorque Titulus,
Pater Jesu fuit.
Quippe naturâ patruus; conjugio vitricus, officio Pater,
Privignum Numen educavit, erudiit, aluit.
Et vitam ſi non dedit, ſervavit.
O gratas educationis vices!
Ille ſervat, hic ſervit, & altorem ſuum alumnus alit.
Orant alii Numen, hic cogit:
Nam Patris vota, imperia ſunt.
Adjice poſtremum titulum,
Filius Davidis fuit, & faber.
Quis credat?
Regia Davidis linea in materiario finitur,
Nova nimirum nobilitatis fabro.
Nam retrograda generis claritas
à Deo in fabrum, à fabro in Regis avos refunditur.
O nexa Providentia opera!
Regalis Genealogia princeps Adam, poſtremus Ioſeph:
Ille agricola, hic faber:
nam lignum, peccati materiam, ille ſevit, hic ſecuit.
Haud alienum à Chriſti Patre miniſterium.
Quid enim Deus niſi faber,
Tornare orbem, inſpicare montes, dolare campos,
Excidere homines, fabrilia ſunt.
Verè ut dicas fabrum Deum, & fabri filium.

Digitized by Google

Reſpondent vero morienti Chriſto hi natales:
Vt inter eandem artem viveret & occumberet.
Malleus, forfex, terebra, clavi, ligna,
Vitæ miniſteria, mortis inſtrumenta fuere.
Eademque domeſtica arte & cuna dolantur & cruces.
Suæ igitur neci naſcendo præludit,
Dum ex fabro naſcitur.

His priſcis Heroibus idem Theſaurus præmiſerat aliorum Principum, ac Sanctorum , alio in opuſculo, mitiori aliquanto ſtylo exarata elogia, ex quibus hæc delibare viſum eſt.

S. Athanaſius Alexandrinus.

Athanaſij virtus ſenilis in puero,
puerile nihil unquam habuit, præter ætatem.
Neſciàs, an plus didicerit, an plura docuerit,
Veritatis amantior, quàm quietis.
Æquè infenſus Ario, ac Arius Chriſto,
In omnibus ab eodem diſſentiens, in hoc uno conſenſit,
quòd uterque Athanaſium nollet Epiſcopum.
Vtroque tamen invito coactus ad infulas,
quia ſatis amari non poterat, incurrit in odia,
ab hoſpitibus delatus ad hoſtes.
Nunquã non agnitus, innocens ſæpe damnatus, ut noceret,
Sedem mutare maluit, quàm ſyllabam.

S. Joannes Chryſoſtomus.

Ioannes eloquentiâ aureus, tolerantia ferreus,
Pretioſior fortaſſe quod ferreus, quàm aureus.
Silueſtere metuens ſeceſſit in ſilvas,
exuturus inter feras,

Siquid

Si quid ferinum induiſſet inter homines.
Alienis clarus in oculis, obſcurus in ſuis,
Vrbes dum fugeret, urbes in eremum abſtraxit.
In hoc uno cum virtute rixatus, quod latebras impediret.
Se uno dolente revocatus in patriam.
Felicem ſe non reputans, niſi cum miſerorũ cauſas ageret.
Perditos nec tolerare potuit, nec corrigere:
ideo hoſtis habitus, quia diſſimilis.
Semel iterumque à barbaris pulſus ad barbaros.
Semper patriam invenit in exilio.
Vir in omnibus aureus.
niſi quod avaris placere non potuit.

S. Gregorius Thaumaturgus.

Sub frigido cælo natus eſt, ut illud accenderet.
Ab hoſtibus malè preſſus.
Magis mirandus quod ulciſci nollet, quam quod poſſet:
Scopulos per inane circumagens,
Difficilius moveri ſæpe mentes, quam montes expertus eſt.
Æquè prodigia loquebatur, ac faciebat.
Multa in mundo cum feciſſet admiranda,
nihil ſeipſo mirabilius facere potuit.
Ita ſibi vacabat ac ſi ceteros negligeret,
ita alijs, ac ſi ſe ipſe negligeret.
Suarum virtute notus, notior ſua.
Nunquam mortalis, reditus, niſi cum viſus eſt mori.

S. Gregor. Nazianzenus.

Alienis facundus in laudibus, mutus in ſuis.
Prodeſſe voluit omnibus, nulli præeſſe, quàm ſibi.
Vrbes deſerere maluit, quàm invidorum turbis implere;
Cum jam ſui unius colonus vellet eſſe.
Seceſſit in campos.

Debitam

Digitized by Google

Debitam meritis ſedem,
cum non haberet in terris, invenit in cœlo.
aquè appetitus cum eſſe deſineret,
ac fuerat, antequam eſſet.

S. Polycarpus.

Virtutis quam collegit, ex omnibus fecit epitomen.
In hoc mirandus, quòd ita omnes expreſſerit,
ut dum viveret, neminem eorum periiſſe putares.
Tyrannum non metuens, niſi cum mitior videretur.
Vitam ſuam moriens clariorem in flamma fecit,
quam ſanguine largiter irroravit, ne deficeret.
Denique injurias beneficijs ultus eſt.

S. Ambroſius.

Nulli non intimus omnium ſenſit incommoda.
In hoc verendus, quòd contemneret neminem,
in hoc timendus, quòd neminem formidaret.
Chriſti cauſam ut preſſam erigeret, preſſus ſæpe eſt.
Facundiâ hoſtes deterruit,
Conſtantiâ fregit,
Diſertiſſimus etiam, cum taceret.

S. Auguſtinus.

Peccata ſua dum faſſus eſt, virtutem fecit,
Vera gaudia auſpicatus dolendo eſt.
E matris oculis lacrymas tranſtulit in ſuos.
Denique ſcribenda fecit, qui facienda ſcripſit.

S. Martinus.

Chlamydis parte totum ſibi emit empyreum,
non magis admirandus quod chlamydem divideret,
quàm quod militia pietatem connecteret,
Illuſtravit virtute prodigia, prodigijs virtutem.
Omnes amavit præter ſe unum.

Digitized by Google

Nullum non reveritus, niſi quod ſeipſum contemneret,
Charum illi cælum, charus ille cælo.
Latrones dum ſtricto ferro rogant, an timeret?
Ridet ille, & ſe nunquam minus timuiſſe, ait,
ſperaſſe enim ſemper majori in diſcrimine
Deus propius adfuturum.
Demum Martinus illos, cum aurum cuperent,
totos aureos fecit.
Faſſique ſunt nulli unquam pecunias expoſcenti,
Ita bene verba data eſſe.

S. Hilarius.

Quam vitam ſemel accepit in Gallia,
Gallia non reddidit ſemel.
Nunquam viſus hilarior,
quam cum Deum nuptijs filiæ ſibi feciſſet affinem.
Relegatus in Phrygiam.
novum ſolem ab oriente in occidentem duxit,
quod hoſtes minarentur, appetens,
quod pollicebantur, contemnens.
Viciſſe ſe pro veritate non putavit,
quod non occubuiſſet in pugna.

S. Apollonius Martyr.

Cæcis animum prius, dein oculos aperuit.
Senes bene mori, pueros bene vivere docuit.
Pulſus ignes innoxios tranſijt,
Eam expertus in igne clementiam, quam omnes in ipſo.
Æquè ſe fortem exhibuit, ac Nero ferum.
Mari commiſſus.
Vt in omni elemento ſuum robur exprimeret.
Tolerare malos, non tollere potuit;
tollere illum, non tolerare mali.

S. Tho-

S. Thomas Cantuarienſis.

Natus cum igne in eadem domo
unde prope Londinum conflagrat,
ut nec frigidus, nec obſcurus eſſe poſſet.
Tam demum in aula illuſtris,
ut ab oculis invidorum tolerari non poſſet.
Iam demum omnibus gravis, quod levis eſſe non poſſet.
Nunquam memor injuriæ, niſi ut condonaret.
Corpori ſuo ea intulit damna, quæ vix tyrannus
inferre voluiſſet.
Exilium ſæpe permutans, animum nunquam.
Revocatus in patriam; ut periret,
ſed ad aras, pro aris.

S. Carolus Borromæus.

Natus cum novo lumine,
Se tenebrarum non eſſe filium, vel naſcendo probavit.
Infra probitatem nil habuit literis charius.
Pio IV affinitate charus, virtute charior:
à quo Purpuratis adſcriptus.
Iure dubites, an majorem dignitati contulerit,
an à dignitate retulerit dignitatem.
Vt patriam virtuti redderet, patriæ redditus,
Virtutum ſemina voce manuque jacens,
Sudore ac lacrymis alluens.
Dignam laboribus meſſem obtinuit.
Dignam meſſe mercedem,
Neſcias an omnium pater, an ſervus?

Carolus Emmanuel Dux Sabaudiæ.

Diu poſt obitum deſiderabatur, qui deſiderari cœpit
antequam naſci.
Illum quippe infecunda jam Mater votivum ſuſceperat,
ut Principum prodigium prodigio naſceretur.

Alio-

Digitized by Google

Alterius gremio gerebatur, & populos gerebat alio.
Si Mars Minerva nuberet, tales naſcerentur.
Solent amorum tædæ armorum tædium adferre,
at ille amorem Marti initiavit.
eò metuendus omnibus, quod neminem metuebat.
Bella cum magnis regibus
imparibus armis ſemper concepit, paribus ſemper
conditionibus confecit.
Nunquã victus niſi proditione, nunquã victor niſi virtute,
Nec ingenium oppreſſit galea:
nam æquè ingenij, ac ferri acie bonus,
Sapientibus apollineam, militibus martiã præripuit laurũ
Virtutes quæ in alijs fuerunt ſingulæ,
in uno Carolo ſunt ſingulares.
Sæpe læſus, ſemper lætus.
docuit nil contra fortitudinem poſſe fortunam.
Dein dextram Cæſari datam, ut ſervaret.
ſiniſtris armis circumventus, occubuit.
Tum gladeatorios velut ludos præbente fato,
Gemini Martis aſſeclæ, Collaltus, & Spinola,
ad Caroli inferias, pro victimâ ceciderunt.

Hæc ex autoribus ſupradictis accipe, ſi non ubique iiſdem annumeratis verbis, aut ſyllabis, (quod ob plura omiſſa, connexione aliqua indigerent) at certè rebus ſententiiſque, quibus ad tuum commodum, & Dei honorem fluere.

CAPVT VIII.

Tria Elogia ex Aloyſio Iuglari *Soc. Ieſu,* de Chriſto *Ieſu,* Deo-homine.

Quia paucula reſtabant columnæ, ex Elogijs Iuglaris in

in eodem ſcriptionis genere verſato tria ſubnectere placuit , ut & illius ſcriptoris guſtum aliquem hinc poſſit deſumere.

ELOGIVM I.

Chriſtus Ieſus Dei Filius ab æterno.

Amicus ſilentij Deus eſt;
Semel in totâ Æternitate loquutus:
Vno omnia dicit in Verbo.
Primâ ſui fœcunditate facundus;
Ipsâ ſui conceptione fit parens.
Vſqueadeò in Dei filio
Nativitatem Conceptio non præcedit,
Cui ipſum Concipi, Naſci eſt.
Ita Patris fœcunditatem exhauriens,
Vt illi Fratrem dare non poſſit,
Vnus cum ſit,
Numeri damnum compenſat.
Ipſa ſui Apprehenſione Comprehenſio.
Ipſa Intellectione Loquutio,
Sapientia ſine litteris,
Imago ſine lineamentis,
Cum prodierit ante Luciferum,
Adhuc in ſplendoribus natus eſt.
Citra diſſidium oppoſitus Patri,
Totâ ab eodem acceptâ Subſtantiâ emancipatus,
Adhuc habet omnia cum illo communia.
Abavos, Proavoſque ne quære.
Illi tota nobilitas Pater eſt.
Antiquiſſimus genere majores non habet;
Adeò eſſe vera nobilitas
Sine majoribus poteſt.
Nunquam morituri hæres æternus;

Via-

Viarum Domini initium idem, & finis;
Adhuc naſci non ceſſans tot annos natus,
Quia ſemper Vivens eſt, ſemper ſpirat.
Mens, & Brachium Domini,
Cum omne in illo ſit robur, à Dextris eſt.
Sui Speculator, & Speculum
Radios, dum accipit, reddens.
Non minus ideo Patre contentus,
Quia avidus Matris.
Quam naſcendo non potuit,
Renaſcendo quæſivit.
Apage hinc, Ari, cum tuis;
Grammaticus enim ut ſis,
Hoc nimis Anomalum Verbum eſt,
Omni Præſens, & Infinitum in tempore:
Cum nullis regatur caſibus
Nullius eſſe ordinis poteſt.

ELOGIVM II.

A cœli caduceatore ejus nunciatur adventus. Lucæ. 1.

Menſis idem & terris bellorum,
Et Cælo fœderum eſt.
Martio nomen Martis adimite,
Ex quo finem ejus
Noſtræ Pacis initia conſecrarunt.
Deputentur Aprili Dies,
Quibus tam ingens facta Cælorum apertio eſt.
Virga Ieſſe,
Vel in Miraculis naturam obſervans,
Datura fructum in hieme
Florem concepit in vere.
Vbi facta dierum, & noctium æqualitas fuit,
In terram uſque redundavit.

Ex

Digitized by Google

Ex cæli æquitate Iuſtitia.
Ita diebus iiſdem,
Et unus Sol in Ariete,
Et alius in Agno eſt.
Fortitudo Dei
Miſſa Deo quærere capacitatem patiendi,
Quia ad perditos venerat,
Legationem incipit à Salute.
Plenam gratia profitetur,
Et adhuc in ea Immenſitati poſtulat locum;
Vſqueadeo penetrabilis cum gratia Deus eſt.
Quanta potentia fœminæ,
Quæ mundum ea ipſa voce refecerit,
Qua olim eſt factus?
Quanta claritas,
Cui vel tanta lux obumbraret?
Prævenerat Legatum ſuum Deus;
Erat jam in Virgine Dominus,
In quam admitti filius poſtulabat.
Vix igitur humaniſſimo emiſſo
Diviniſſimum admiſſum in utero Verbum eſt.
Parendi ſtudio merita virtutem pariendi,
Fœcunditatem Virginitati non prætulit,
Sed adjunxit.
Se tunc potiſſimum ſui Dominam probans,
Cum Dei prædicaret ancillam,
Regum Regi, Vt ſervus eſſe pateretur,
Præivit exemplo.
Impetrata facultate mœroris lætior Deus,
Noſtra provehens, & ſua non minuens,
In prædio mortis æternam ſeminat vitam.
Non ideo minus Nobilis, quia Homo novus,

Exclu-

Digitized by Google

Excluſos à cælo miſerans Incluſus in utero,
Dilatare Charitatem didicit ex anguſtijs.
Sperate mitiorem Iudicem Rei;
Cœpit aliquid habere, cui timeat.
Inhumanus eſſe non poſſit,
Qui tenaciſſimo glutino humanitati conjunctus,
Separabilis jam ab illa non eſt.

ELOGIVM III.

Naſcitur in Bethlehem Iudæ. Luc. cap. 2.

Dirigite viam veſtram mortales,
Factus Deus Viator eſt,
Recta incedentibus occurrit in via.
Frumentum Electorum maturum in palea,
Quia in terram bonam ceciderat
Non expectavit Æſtatem;
Quamvis æſtas credi potuerit,
Sole inter Taurum, & Virginem ſtabulante.
Proſtrato Deo, & in Carne captivo
Deditionem cogitat cælum,
Et Militiam jam non utilem bello,
Fecialem deſtinat Paci.
Daturus de ſe ipſo convivium homini,
In Civitate Panis,
Opſonia ne deeſſent, factus eſt Caro;
Et qui ignem venerat miſſurus in terras
Aptam concipiendæ flammæ materiem quærens,
Deſcendit in fœnum;
Ita Deus novam planè Metaphoram fecit in Verbo,
Quod à propria ſede ſua eò tranſtulit,
Vbi locus ei non erat.
Primus, qui cum bene ageret lucem odiſſet,

Quia

Quia dici non poterat in lucem editus,
Natus in nocte,
Cum non haberet unde tegeretur,
Detectus non eſt.
Perſonatus ideo, quia nudus,
Inter feras cicures medius,
In nocte media,
Locum Virtutis, & moriens occupavit,
Et naſcens.
Fœcunditatem à Virgine
Sterilitas omnis edidicit;
Flevere oleum ſcopuli,
Opobalſamum quercus;
Atque ita ab eodem ſolſtitio
Lux, & accreſcere cœpit hominibus,
Et diebus.
Paſtores Chriſtus primas ſibi oves elegit;
Decuit inter hos Agnum naſci,
Et natum ab his primum agnoſci.
Diſcite, aſſuetudo quid poſſit;
Quando Deus ipſe
Humanitatis aſſiduè frequentans actus,
Tandem habitu inventus ut homo.
Ita, in Deo etiam, aſſuetudo
Facta altera natura eſt.

His concludo, & ſi plura ex his delectent autoribus, ad eoſdem remitto. Mihi hæc ſufficere in præſenti opere ad inſtructionem viſa ſunt. Quæ de familiaris ſermonis argutijs reliqua ſunt, ſingulari in opere aliquantò locupletius offerre earum ſtudioſis placuit. Modo his fruere, ad Dei honorem, & vale.

FINIS.

Digitized by Google

Indiculus in ſententias Epigrammatum maximè memorabiles, & Heroum elogia.

A

Aaronis elogium 301. & 320.
Abelis elogium 289.
Abigaïl elogium 314.
Abiſag Virginis elog. 314.
Abimelech elog. 313.
Abrahami elog. 292.
Adami elog. 287 & 315:
Adoleſcentes laudati. 92. & 132. ſi tamen caſti 180.
Adulator 39. & 91. & 92. & 114. & 138.
Æger pius 169.
Ænigmaticæ inſcriptiones 212.
Ætas in moribus deterior 107.
Amicus ollaris 114. & 147. flexilis 128. fictus 141. verus 165.
Amicitia reciproca ſit 138. communia habet omia 145.
Amor multiformis 29. fæda tegit. 36. ſui cæcus eſt. 37. & 66. & 101. & 141. ſervit 37. lacrymas parit 71. ex aſpectu 73. Deum depreſſit 74. minimè cæcus eſt 74. inſanit 71. inter conjuges rarus 40. ignis eſt 89. ad ſuſpendium adigit 95. inconſtans. 100. turpis in fine amarus 112. inter paucos eſt 138.
S. Ambroſii elogium 331.
Angeli intuitu capta. 51.
Aodd elogium 307.
Aſinus loquens 300. Chriſti vector 106. rudens 106.

S. Apollonii elogium 331
Aſtrologi mors felix 77.
S. Athanaſii elogium 328.
Avarus in morte miſer 42. nulli utilis 58. inter opes inops 70. famet 72. Deum negligit 87. appetens 102. & 103. & 104. & 127. & 129. Nunquam ſatis habet 140. & 146. & 148.
S. Auguſtini elogium 330.
Aula magnifica 106. facilè ſuos præcipitat 118, in illa adulatores emergunt 125.

B

BArba raſa 180. integra 181.
Bellum omnes premit 61. diuturnum hoc ævo 106. Schola mortis 141. & 181.
Benefacere vivis mortuiſque 39.
Benevolentia ſpreta offendit 56.

C

CÆcus Homerus 39. S. Lucia 129. S. Genovefæ mater 157.
Calvus nequam 67. & 73. & 75. & 78. & 91.
Calumnia negligenda 28.
Canonicus malè vivens 66. plurium Canonicatuum avidus 99
S. Caroli Borromæi elogium 333.
Caroli Ducis Sabaudiæ elog. 332.
Caſtus ſororem averſatur 57.
Caupo aquam vino miſcens 146.
Cauſæ bene explicandæ 54.
Cauſidicus corruptus 25. ungi debet 112. protractor cauſarum *ib.* & 147.
Chriſtus nudus 52. & 85. ejus dolor noſtrum gaudium 37. & 47. nobis omnia eſt 42. vulnera ejus ſanant 43. & 58. è Virgine natus 47. & 115. &

177. & 189. &c. omnia & nullus 48. pax noſtra 49. ſalus noſtra 51. nativitas & mors diſpar 52. pœnas noſtras ſubit 62. contemptus 69. & 131. orator in cunis 89. puer gratioſus 93. mirus 119. in ſtabulo 109. plus diis præſtat 108. miſericos 133. crucem ferens 157. fel bibens *ib.* ſpinis coronatus 163. & 165. & 174. conſputus 173. paſſus 164. agnus 175. & 178. Cæditur in faciem 179. flagellatur ib. & 182. moritur ſole obſcurato 168. & 173. Elogia Chriſti 326 & 334. &c.

Chymicus omnia conſumens 111. & 132.

Cibus moderatus ſit 111

Claudi 147. & 166

Claves D. Petri opes ſervant 113

Confeſſio D. Auguſtini glorioſa 59

Conjugium diſparium 173. vide *uxor* & *diſcordia.*

Conſtans in omni ſorte 37

Contentioſus 94. vide *diſcordia*

Contrarii 38

Contradictio grata 66

Convitium improbi laus eſt 46

Crux levis 45. mortem preſſit 51. ultro quæſita 73. & 84. & 101. ubique eſt 179. Diabolum pellit 140.

Cura hominis 50. & 53. nimis exquiſita 57. morbum parit 61.

Curioſus 100

D

Davidis elogium 115

Debitor multorum 123. & 124

Decimæ 146

Degenes 67

Digitized by Google

Diabolus in porci ſpecie 129. vitandus 132. extinguit lumen 169.
Deus non viſus videt 28. Viſus Simoni & Moyſi 113. & 114
Diſcordia 139. Viri & uxoris 110. mulierum 18[illegible].
Dives probus 106. paupere egentior 107. nunquam ſatis habet 114. & 183.
Divitiæ magni fiunt 51. malè collocatæ à moriente 77. Aurum commendant 97. eloquentes ſunt 130. malæ 132. ſine his nil agitur 132. & 159. amorem conciliant. 140. animum occupant 157.
Dolor ex morte Chriſti 6[illegible]
Domus mulctæ fruſtra 26
Dona non pereunt 26. ex donante æſtimanda 39. non gratuita 41. & 181. hamata 70. rara hoc tempore 93. & 141. & 147. & 148. & 179. nihil pro dono 123. vile donum 127.
Dux belli fortis 107. ſpretus 165.

E.

Ebrius 180, ſepultus in dolib. ib. vitioſus 182. vide *potator.*
[illegible]rons juvenis 110
Emenda quæ ſolvere potes 26
Enoch elogium 290
Epulo Evangelicus variè deſcriptus *part.* 2. à *pag.* 24. per totum.
Epigramma ſit api ſimile 173. parum acutum 187.
Epitaphia diverſa. 205. &c.
Evæ elogium 288
Everſio Germaniæ 147. Euchariſtia 174
Exemplo Ducis ſitim ferre 19
[illegible] fortis 89. & 118. exulare ab inferis gratum 118

Digitized by Google

F.

Famæ bonæ cupiditas 40

Fame divites egent 37. fames pallere facit 61. ſatisfacit pro gula 73.

Felicitas vertitur 42. felices premendi 46

Fides multa & nulla 28. & 124. & 139. & 183. non creditur multum credenti 56. fides una 101. certa eſt ut ſpes incerta 113.

Fiſcus rapax 102. æquor eſt 112.

Formam cibus alit 61. fragilis eſt 111. Veneris fax 180

Formoſæ latent rarò 71. & 85

Fortis Scævola 117

Fortuna varia 45. mediocris optima 58. nulli dat ſatis 65. indeclinabilis 178.

Fucatus 129. & 167. detegitur 169.

Fur rudis captus 65. ingratus hoſpiti 89. ſuſpenſus 147. & 148. miles 169.

G.

Gelu declinatum 185

Gloria in obſcuritate 28. umbra eſt 42.

Gratia dilata perit 26. rara hodie gratuita 71. & 123. refunditur 112.

S. Gregorii Nazianzeni elogium 329

S. Gregorii Thaumaturgi elog. 329

Gula 57. & 166

H.

Hæretico non credendum 118. ſe devovens 167. ſartor 184.

S. Hilarii elogium 331

Hiſtoricus ineptus 158

Hiſtoriæ hodie corruptæ 40

Homo nil & omnia 42. & 78. ejus tres hoſtes ſunt 92.

Digitized by Google

92. & 141. ut humus eſt 300.
Honor mundi vanus 31. ſpectatur 51. ex hominum æſtimatione pendet 124.
Humili loco natus 94

I.

Jacobi Patriarchæ elogium 295
Jactator Roboami 170. vide *ſuperbus*.
Jephtes elogium 309
Ignoſcere inimicis 118
Ignorare Deum 130
Imago ſcitè expreſſa 77. difformis 275. &c.
Impatiens Eremicola 58
Improbi 111. Nepotes 141. à Chriſto damnandi 175.
Indignus honore 94. Indoctus Doctor 165.
Ingenium ut coseſt 112. cum prudentia junctum 113
Ingratus 139. & 140
Inſigne Pontificis clavis 113. & Cæſaris avis 182.
S. Joan. Chryſoſtomi elog. 328
Invidiæ hoſtis virtus 37. miſer cui non invidetur 56.
Joannis Baptiſtæ elogium 323
Jobi elogium 299
Jocus Urbanus 129. religioſus ibi. levis 159.
Jonathæ filij David elog. 212
Joſephi patr. elogium 297
Joſephi ſponſi D. V. elog. 328
Joſue elog. 303. Ira autori noxia 140
Iſaac elogium 294. Tubal elog. 289.
Judas prodigus & avarus 33. non reſipiſcit ut Petrus

Digitized by Google

trus 38. duobus malè ſervit 49. deſperatus 119. & 163. & 179. & 197. &c. per totum part. 1.
Iudex improbus punitus 158
Iuriſconſulti litibus aluntur 102. & 183. ſine jure vivunt 129. & 140. & 158.
Ius dicere quàm facere malumus 29. Ius & vis juncta 36. & 131. negligere 85. muneribus demereri 159.

L.

Labor fert premia 119
Lacrymæ fictæ in morte 59. veræ 78. efficaces S. Monicæ 93. iracundi 94.
Lætitiâ mortuus 66
Laudantur etiam mali 113. mortui 145.
Lazarus pauper deſcriptus part. 1. à p. 24. per totū.
Lex lites generat 40. & 101.
Liber ſed pauper 84
Liberalis in pauperes 108
Libido ſpinis repreſſa 73. præmorſione linguæ 7. & 169. ſanguine 79. vide Venus.
Librorum ſcriptor 78. copia non facit doctum 85. & 101. vincti catenis 102. ſpreti 165.
Lingua bona & mala 117
Loquax 78. intempeſtivè 117. & 185.
Loqui turpia turpe eſt. 67
Lutherus biblia S. infecit 168. Zvvinglio Dæmonem atrum tribuit 170. ejus mores & vita latè deſcripta p. 251. & ſeq.
Luxurioſus 29. lucem fugit 113. vide libido & Venus.

M.

Maria Virgo nata ab anno 182. ſub criſtis 48. & 174.

cum

Digitized by Google

cum parvulo 5. recreat aſpectu 84. gratiâ plena 102. Deum portans 103. & 108. viſitans 173. Ejus elogium 324.
S. Martini elogium 324
Martyr Chriſtophorus 64. Catharina 67. Donatus 118. Barbara 123. & 178. Baptiſta 168. & 184. Adrianus 168.
Medico bene eſt cum aliis malè 36. & 45. 53. 102. 183. juvat & juvatur ab ægro 54. imperitus 65. & 66. morbum auget 70. ſucceſſus patent 118. ultro ſe inſert 139. & 140, multa jactans 169.
Menſa opulenta in vaſis non cibis 83. anguentis 137. morofi hoſpitis 164. ſana 166.
Miles bonus 99. & 151. timidus 119. 167. Anglus Gallis metuendus 138. fugax 159.
Mortificatio carnis bona 41. Simeonis Stylitæ 174.
Mortuus alium ad vitam excitat 77.
Mors diverſa 37. felix & bona vita 42. ſpontanea & ſtulta 50. exſpectanda 54. Mors filii patris dolor 59. ab eſu 73. generis communis eſt 85. mors filii indigni 95. omnes æquat 101. rapit 107. mors vitæ longæ initium 112. & 128. dura multis 119. improviſa 123. ex frigore 165. ex ſangis 177. cum falce pingitur 184.
Mulier viri cuſtos 64. virum piè ſimulans 62. 110. inconſtans 67. 107. fortis 84. humilis 84. noxia quævis 118. 147. fallit 129 avara 183.
Mundana nil ſunt 95
Mundi inconſtantia 94. perverſitas 175.
Muſicus abſurdus 69. & 124. & 184. avis pretioſa 85.
Mutua opera clendi & catoi 28

N. N.

N.

Natales ſpurius celebrat 64
Navis avis eſt 100
Noe elogium 291
Nobilis indoctus 57. pauper 184.
Nominis mutati vanitas 127. gratum nomen 128

O.

Obedodom elogium 314
Oblatio ſui contempta 54
Oculi ſeducunt 51. & 84.
Olere muſcum 25
Opera bona & mala qui occultent 41. opera verbis reſpondeant 129
Orator ineptus 94. faſtidioſus 140. eloquens 138
Othonielis elogium 308
Otioſus 84

P.

Parvi belli ſunt 56
Parricida Brutus Cæſaris 184
Paſtor bonus S. Lupus 164
Pater patriæ S. Leo 169
Patria indignus 41. pro illa vivere 147
Pauper in morte ſat dives 46. ſuperbus 142. nil perdit 158. maledicus 180.
Paupertas à Chriſto evecta 47. ejus amor 128
S. Paulus depoſitus 178 Ejus elogium 227
Peccatum fugiendum 124. omnes obnoxij 138
Peccatores nati 163
Pecunia rebus ceteris potior 139. viſu tenet 169
Petitio rejecta 122. frequens 183.
D. Petri Apoſt. elogia p. 218. &c.
Phinees elogium 307
Piſtor impudens 158. umbrarum 159.

Digitized by Google

Pictura fingit 111
Piger 146. & 153
Poëta moleſtus 47. doctus 91. fur 103. mordax 139. ineptus 184. & 175. præpoſterus 165.
Pœnitentia Stylitæ 72. Magdalenæ 73. & 170. Othiliæ lacrymis excœcatæ 77. Peccatoris 178
Podagra 94. & 117.
Potator 87. & 88. & 91. & 92. & 131. Germanus 138. & 147. & 167. Lutherus 146. punitus catarrho 158. & 160. ſtudioſus 168. poëta 175. ſubmerſus 170. inops factus 173.
Princeps avarus 54
Prodigus 65. & 114. & 123. & 148. & 167.
Probatio per incerta 100
Promiſſa vana 58. & 140. & 141. illicita non tenent 71. non præſtans 165.
Providentia Numinis tuetur. 77
Prudens cavet 42. ventura videt 88. & ſerpens & columba 112.
Pueri ingrati 41
Pugnare dentibus ut globis 107
Pyramis ſeu obeliſcus in Vaticano 186

R.

Rachelis elogium 296
Rebeccæ elogium 294
Regicida non ferendus 93. ſui interfector Nero 164
Religioſus nihil habet ſuum 182
Rex etiam regatur 28. rogando imperet 40.
Rex & filius oriens & occidens 114. Rex dignus 182
Ruſtici eſt arare 131

S.

Salomonis elogium 321

Sal-

Digitized by Google

Saltare leve eſt 183
Sampionis elogium 307. & 321.
Samuelis elogium 311
Sangar elogium 308
Sanitas bibendo petit 28. & 51.
Sapere ſibi 29. & 146.
Scire paucorum eſt 41
S. Scriptura intelligenda 124
Sculptura nobilis 92
Scurrilis doctor 180
Sem & Iaphet elogium 291
Senes ſapiunt & moriuntur 28. & 124. & 157. non ſunt ſpernendi 39. virtute ſenes 88. tardi 185.
Senſus unus cum deficit, viget alter 37
Sepulchrum nobile 104
Servire pluribus 61
Simulatio turpis 20. & 127.
Sol excœcat 29
Somnus ad lucernam 146
Somnia præpoſtera 41. narrare 159.
Speculum & echo 118
Statua Herculis in foco 94. duri hominis 99. Iunonis à Polycleto 111. Niobes 117
Studioſus 49. Rex 178. ſtudium ad honores ducit 182.
Stultitiæ laus 45. & 54. Stulti 165.
Superbia demiſſione eget 59. pauperis 166. in pileo magno 173.
Suſpenſus hæreticus 93. Iudas *locis variis*. Atheus 148
Sutor heres opulentus 105

T.

Taciturnitas diſcenda 57

Digitized by Google

Tempori ſerviendum 41.&46.non negligendũ 53
Tentatio ſenſim opprimit 179
S.Thomæ Cantuar.Epiſcopi elog. 332.
Timorem Chriſtus naſcens tollit 68
Tonſura deformis capitis 117
Tributum à doctis 146 Tubal fabri elogium 290
V.
Variabilis 27.
Veritas amata 40.neglecta 58.odiũ parit 70.&184 ſtultorũ eſt 71.& ſapientũ 113.non in vino 185
Venus fugienda 121.fons malorum 122. Herculẽ vicit 131.inconſtans 141.cum lucifero eadẽ 178
Veſtium novitas 42.impenſæ 65.
Vinum non diluere 79. diluere 91. modicè ſumendum 158.& 159. præ cereviſia eſt 94.
Vir à virtute 131. & 147.
Virgo parens 68.& 137.& 183.
Virginitas morte defenſa 71.à leone 175. aſtu 168 oculos continet 174
Vita longa ſi moderata 42.præpoſtera 42.miſera 45.à verbis diſſentiens 79.varia & ficta 102.fortis præ morte 105. ut flumen eſt 112. nunc emendanda 145.ex morte prævisa 168. quid ſit 175.& 185.
Vlyſſes malè dictus 107
Votorum nullus finis 141. Vſura 73
Vrbs alitur & rus alit 40
Vxoris conditio 28. Minima quæſita 65.contempta 78.ne ſit nimium dives 83.obſequens ſit 121. Levis gravis eſt 123.& 131. conſtringenda 138. viro imperans 141. litigioſa 148. mors grata 170
X.
Xaverius in fine quieſcens 101.mortuus 163.